# HOMILIÆ, ET SERMONES OMNES DIVI LEONIS PAPÆ.



Noticia dela Impresion se dá al fin en los limites de congetura.//

Por el caracter y papel esta impresion juntam.te con las portadas e iniciales dá à entender ser esta la primera impresion que Juan Andres Obpo. de Aleria en Corcega dedicó à Paulo segundo. Pues así es anterior al año de 1471. en que este Pontifice murio por Julio, y por consiguiente debe estimarse por su antigüedad. Esto es en substancia lo que en otro lugar anoté al fin.

Noticia dela Impresion, veare al fin.

Iohannis Andreę. Episcopi Aleriensis. Ad summum Pontificem. Paulum.ii. Venetum. Epistola.

SI tua mihi pater beatissime Paule.ii. Venete Pontifex Maxime sanctitas antehac ueiam tribuit: ex imperitia forsitan audenti tenuitatis meę maiusculas lucubrationes tuę potissimum dedicare pietati: ut p. sese obscurę mirifico tuo illustrarentur fulgore: et fierent te suscipiente preciosę: merito his quadragesimę augustis uenerabilibusq; diebus Inclytum illum Pontificem Leonem primū natiōe Thuscū ut puto: i Chalcedonensi Synodo summa patrū admiratione ter sanctum acclamatum: tibi Maximo Pontifici tantę Cathedrę thronū ornatissime īplenti debui offerre. non magna difficultate recognitum sed summa utilitate plectū. Cuius ī breuibus sed diuīo artificio consūmatis sermōibus latissīa rerum diuinarū mysteria & scdm canonicas scripturas qdā sacri eloquii principatus includitur, orone enī parcus sensibus uero sublimis in primisq; cęlestis et quod ē ante omnia admirabile profundissimus pariter atq; planissimus pōtificia differens maiestate & apostolico facūdus eloquio modestia illa uere xpiana uirtuteq; diuina uiua nimirū euāgelii tuba et ppe electionis uas alterum. castę fidei sacramentis aures implet christianas: ut si plura illi scribere uel pontificalium negotiorum ingens labor uel inuidę ętatis angusta spacia permisissent: omnes diuinitatis thesauros facile fuerit supra expositoris etiam qualitatem apturus. Hic est pater sancte Leo ille Magnus cognomento primus dignitate: eloquētia nemini cedēs: multos excedens sapientia: breuitatis magr: & pene unicus artifex: qui tantę appellationis nomē scitatis tamen merito superauit. A sacrosanctis apostolorū mēoriis nunq̄ discedens: cuius tu quoq; exemplo sacratissima aplorū pignora semper āplexus nullo tempore deserenda cęluisti. Quo adhuc diacono et pro rebus pōtificiis ab urbe absēte ecclię Romanę regius clerus & sanctus sūmi pōtificis ppe duos menses distulit electionis suffragia sanctiora. Qui etsi

uita omī maximus fuit: sese tamē copia miseratiōis excessit: & diuini ingenii claritate. quem successorū multi adeo sunt admirati ut diu cōtinuata uocabuli successione: Leones ꝑ ordinē uoluerūt appellari. a quibus ciuitatis quoq Leonię facta est celebris appellatio. Hic est ille Leo q maxīs ecclię sidentibus Ambrosio Hieronymo Augustino ne gręcas pō/tificum maiestates ꝑcenseam pares maxīs oībus excellētia: occidentibus orbi xp̄iano: et cęlo orientibus angelorumq consortio: ut sol quidam pro omnibus unus mūdo satis fuit illustrādo. quem ut fulgur perhorruit hęreticorū impietas. coluit ut numē imperatorū maiestas. plus q̄ dici pōt ueluti parentē uenerata ē fidelis cūcta xp̄ianitas. Hic ē Leo certe ęcclesiasticę dictionis Tullius. theologię Homerus. rationū fidei Aristoteles. et ut omnia unico absoluam uerbo Petrus in pōtificio throno: Paulus in pulpito xp̄iano. ita demulcēs ut uinctos auditores teneat. ita docens ut sensibus diuinis impleat. ita exhortans ut ardoribus uirtutis incendat. legē/dus. ędiscendus. imitandus. huius ꝓpria pontificis iure dici potest oratio. de quo a me magis illum stupente q̄ laudāte id solum accipi dictum uelim: amari facile Leonem posse. ꝓ merito nūq̄ licere prędicari. Is igr̄ sit nr̄ in terris īstructor. in cęlis apud omnipotentē deū intercessor. qui est in sęcula benedictus. Amen.

Sequuntur Rubricę totius operis per ordinem:

Leo Papa Maximo Episcopo Antiocheno salutem in domino. Quantum dilectioni tuę.
Leo papa Anatolio Epo salutem in dño. Gaudeamus.
Leo papa Leoni Augusto Salutē in dño. Offitiis quę.
Leo papa Leoni Imperatori Salm̄ in dño. Leo Epūs.
Symbolum Nicenum. trecentorum. decem et octo patrum. Credimus.
Testimonia excerpta de libris catholicorum patrum a Leone Papa collecta Leoniq; Imperatori directa. q dominus noster Iesus Christus uerus sit deus. et uerus homo sentētiis sancti Hylarii pictauensis Episcopi. In secundo libro de fide inter cetera.

Audem domini loquatur os meũ. et nomẽ ſanctum eius anima mea ac ſpiritus caro et lingua benedicat: quia non uerecundę ſed ingratę mẽtis indicium eſt beneficia tacere diuina: et ſatis dignum eſt a ſacrificiis do/minicę laudis obſequiũ conſecrati põtificis inchoare: quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri dñs: et benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna ſolus: ut pręſentem me cerneret ueſtrę ſanctitatis affectio: quem fecerat neceſſitas longę pegrinatiõis abſentem. Ago igitur deo noſtro gratias & ſemper acturus ſum pro omnibus quę tribuit mihi. Veſtri quoq; fauoris arbitriũ debita gratiarũ actiõe concelebro. euidẽter intelligens q̃tum mihi ꝓfuit et reuerentię, amoris & fidei ſtudia ueſtrę dilectiõi impẽdere: animarum ueſtrarũ ſalutem paſtorali ſollicitudine cupienti qui tam ſanctum de me nullis admodũ pręcedentibus me/ritis iudiciũ protuliſtis. Obſecro igitur per miſericordiam domini, iuuatę uotis: quem deſideriis expetiſtis: ut et ſpũs gratię maneat in me. et iudicia ueſtra nõ fluctuent. Pręſtet in cõmune nobis omnibus pacis bonum: q uobis hũanitatis ſtudia infudit: ut omnibus diebus uitę meę ĩ omnipotentis dei ſeruitiũ: et ad ueſtra patus obſequia cũ fiducia poſſim dominum deprecari. Pater ſancte conſerua eos in noĩe tuo quos dediſti mihi. Semperq; proficiẽtibus uobis ad ſalutẽ: magnificet anima mea dominum. et in futuri retributione iudicii ita mihi apud iuſtum iudicem ſacerdocii mei ratio ſubſiſtat: ut uos mihi per bona opera ueſtra ſitis gaudium: uos corona: qui bona uolũtate ſincerũ pręſentis uitę teſti/monium pręſtitiſtis. Honorabilem igitur mihi dilectiſſimi hodiernũ diem facit diuina dignatio quę dum humilitatem meam in ſummum gradum prouehit: ꝙ neminem ſuorum ſperneret: demõſtrauit. Vnde et ſi neceſſariũ eſt trepidare de merito: religioſum eſt tamẽ gaudere de dono. quoniam

qui mibi bonoris est autor: ipse mibi fiet administrationis adiutor. et ne sub magnitudie gratię succumbat infirmus: dabit uirtutem: qui contulit dignitatem. Recurrente igit̃ per suum ordinem die quo me dominus episcopalis offitii uoluit babere principium: uera mibi in gloria dei causa est letãdi: qui mibi ut multum a me diligeretur: multa dimisit. Et ut mirabilem faceret gratiam suam: in eum munera sua contulit: in quo meritorũ suffragia non inuenit. Quo opere suo dominus quid cordibus nostris insinuat quidue commendat: nisi ut de iusticia suá nemo pręsumat. et de ipsius misericordia nemo diffidat? quę tũc euidẽtius pręeminet: quando peccator sanctificatur. et abiectus erigitur. Neq; eĩm de qualitate nostrorꝝ operum pendet cęlestiũ mensura donorum. Aut in isto sęculo in quo tota uita temptatio ẽ: boc unicuiq; retribuitur: qđ meretur ubi si iniquitates dñs obseruaret: nullus iudicium suum sustineret. Magnificate ergo dilectissimi dominũ mecum et exaltemus nomen eius in inuicem: ut tota ratio celebritatis bodiernę ad laudẽ sui referatur autoris: Nam quod proprie ad affectũ animi mei pertinet confitebor me plurimum de oĩm uestrũ deuotione gaudere. Cumq; banc uenerabilium consacerdotum meorũ splendidissimam frequẽtiam uideo: angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse conuentum. Nec dubito nos abundantiore bodie diuinę pręsentię gratia uisitari: quãdo simul assunt: et uno lumine micant tot speciosissima tabernacula dei: tot membra excellẽtissima corporis christi. Nec abest ut confido: ab boc cetu etiam beatissimi apostoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec uestrã deuotionẽ ille deseruit: cuius nos reuerẽtia cõgregauit. De uestro itaq; & ipse gaudet affectu et in consortibus bonoris sui obseruantiã dñicę institutionis amplectit̃: ꝓbans ordinatissimã totius ęcclesię caritatem quę in Petri sede Petrũ suscipit. et a tanti amore pastoris nec ĩ persona tam imparis tepescit bęredis. Vt ergo bęc pietas dilectissimi quã erga bũilitatem meã unanimiter exbibetis: fructum sui studii consequatur: misericordẽ dei

nostri clementiam supplices obsecrate: ut in diebus nostris expugnet impugnantes nos, muniat fidem uestram, multiplicet deuotionē ac dilectionē, augeat pacem, neq; seruulū suum quē ad ostendendas diuitias gratię suę gubernaculis ecclesię uoluit presidere: sufficiētem tanto operi & utilem uestrę defensioni dignetur efficere, et ad hoc tempa nostrę seruitutis extendere: ut proficiat deuotioni: quod fuerit largitus ętati. per christum dominum nostrum Amen.

IN ANNIVERSARIO DIE ASSVMPTIONIS SVAE EIVSDEM SERMO DE PONTIFICATVS QVALITATE SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH.

QVotiens nobis misericordia dei donorum suorum dies renouare dignatur: iusta dilectissimi & rōnabilis causa est lętandi: si offitii origo suscepti ad laudem sui referatur autoris. Hanc enim obseruātiam oībus qdem sacerdotibus congruam, sed mihi necessariam maxime esse cognosco: qui respiciēs ad exiguitatis meę tenuitatem & ad suscepti muneris magnitudinem etiam ego illud propheticum debeo proclamare: Domine audiui auditū tuū & timui: cōsideraui opera tua & expaui. Quid enim tam insolitū tam pauēdum q̄ labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti, et tamen non desperamus: neq; deficimus: quia non de nobis sed de illo presumimus qui operatur in nobis. Vnde et dauiticum psalmum dilectissimi nō ad nostram elationem sed ad christi domini gloriā consona uoce cantauimus. Ipse est eīm de quo prophetice scriptū est: Tu es sacerdos ī ęternū scdm ordinem Melchisedech, hoc est non scdm ordinem Aaron: cuius sacerdotiū per propaginem sui seminis currēs temporalis ministerii fuit, et cum ueteris testamenti lege cessauit, sed secundū ordinem Melchisedech: in quo ęterni pontificis forma precessit, et dū qbus parentibus sit ęditus non refertur: in eo ille intelligitur ostendi: cuius generatio non potest enarrari. Deniq; cum huius diuini sacerdotii sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones: nō per

generatōnum tramitem curritur: nec quod caro et sanguis creauit: eligitur. sed cessante priuilegio patrū: et familiarū ordine pretermisso: eos rectores ecclesia accipit: quos spūs sanctus preparauit. ut in populo adoptionis dei cuius uniuersitas sacerdotalis est: non prerogatiua terrene originis obtineat unctōnem: sed dignatio celestis gratie gignat antistitem. Quāuis ergo dilectissimi nos ad explendam nostri offitii seruitutem & infirmi inueniamur et segnes: dū siquid deuote & strennue agere cupimus: ipsius nostre conditiōis fragilitate tardamur: habentes tamē incessabilē ppitiationē omnipotētis & perpetui sacerdotis q similis nostri equalis patri diuinitatē usq ad humana submisit: hūanitatem usq ad diuina prouexit digne & pie de ipsius constitutiōe gaudemus: quoniam etsi multis pastoribus curam suarū ouium delegauit: ipse tamen dilecti gregis custodiam non reliquit. De cuius principali eternoq presidio & Apostolici operis munimen accepimus: quod utiq ab opere suo nō uacat. et firmitas fundamēti cui totius ecclesie superstruitē altitudo: nulla incumbentis sibi templi mole lassescit. Soliditas enim illius fidei que in apostolorū principe est laudata: perpetua est. et sicut permanet quod in Christo Petrus credidit: ita permanet quod in Petro Christus instituit. Cum eīm sicut euangelica lectione reseratum est: interrogasset dominus discipulus: quē ipm multis diuersa opinantibus crederent: respondissetq beatus Petrus dicens: Tu es Christus filius dei uiui: Dominus ait: Beatus es Simon Bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis ē. et ego dico tibi: quia tu es Petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. et porte inferi non preualebunt aduersus eam. et tibi dabo claues regni celorū. et quodcūq ligaueris super terram: erit ligatum & in celis. et quodcūq solueris super terram: erit solutum & in celis. Manet ergo dispositio ueritatis. et beatus Petrus in accepta fortitudine petre perseuerās suscepta ecclesie gubernacula nō reliquit. sic enim pre ceteris est ordinatus: ut dū petra dicitur: dum

fundamentum pronuntiatur: dum regni celorum ianitor
couctituitur: dum ligandorũ soluẽdorumq; arbiter mansura
etiã in celis iudiciorum suorum diffinitione preficitur qualis
ipsi cum Christo esset societas per ipsa appellationum eius
mysteria nosceremus. Qui nunc plenius & potẽtius ea que
sibi commissa sunt: peragit: et omnes partes offitiorum atq;
curarum in ipõ per quẽ est glorificatus: exequitur. Si quid
itaq; a nobis recte agitur: recteq; discernitur: Si quid a mi/
sericordia dei quottidianis supplicatiõibus obtinetur illius
est operum atq; meritorum: cuius ĩ sede sua uiuit potestas.
et excellit autoritas. Hoc eĩm obtinuit dilectissimi illa con/
fessio que a deo patre apostolico ĩspirata cordi oĩa hũanarũ
opinionũ incerta trãscendit. et firmitatem petre que nullis
impulsionibus quateretur: accepit. In uninersa nãq; ecclesia
Tu es xpus filius dei uiui: quottidie Petrus dicit: et omnis
lingua que confitetur dñm: magisterio huius uocis imbuit.
Hec fides diabolũ uincit. et captiuorum eius uincula dissoluit.
hec eruditos mũdo inserit celo. et porte inferi aduersus eã
preualere non possunt. Tanta enim diuinitus soliditate mu/
nita est: ut eam neq; heretica unquam corrumpere prauitas
nec pagana potuerit superare perfidia. His itaq; modis di/
lectissimi rationabili obsequio celebratur hodierna festiuitas:
ut in persona humilitatis ille intelligatur: ille honoretur: in
quo & omnium pastorum sollicitudo cum commẽdatarum
sibi ouium custodia perseuerat. et cuius dignitas ĩ indigno
herede nõ deficit. Vnde uenerabilium quoq; fratrũ & con/
sacerdotum meorum desiderata mihi & honoranda presentia
hinc sacratior est & deuotior: si pietatem huius offitii ĩ quo
adesse dignati sunt: ei principaliter deferunt: quẽ nõ solum
huius sedis presulem: sed et omnium episcoporum nouerũt
esse primatem. Cũ ergo cohortationes nostras auribus ure
sanctitatis adhibemus ipm uobis cuius uice fungimur loq
credite. quia & illius uos affectu monemus. et non aliud
uobis q̃ quod docuit: predicamus. obsecrantes ut succinti
lumbos mẽtis uestre castam & sobriam uitam in timore dei

ducatis nec concupiscentiis carnis mens principatus sui oblita cōsentiat. Breuia & caduca sunt terrenarum gaudia uoluptatum. et ad ęternitatem uocatos a semitis uitę co/nantur auertere. Fidelis ergo & religiosus aīus ea quę sunt cęlestia concupiscat. et diuinaꝶ ꝓmissionū auidus in amorē se incorruptibilis boni & in spem uerę lucis attollat. Certi autē estote dilectissimi ꝙ labor uester quo uitiis resistitis: et carnalibus desideriis repugnatis: placens in cōspectu dei est atqꝫ preciosus. Nec solum uobis sed etiā mihi apud dei misericordiā profuturus: quia de profectu dominici gregis gloriatur cura pastoris. Corona mea sicut Apostolus ait et gaudium uos estis: si fides uestra quę ab initio euāgelii in uniuerso mūdo prędicata est: in dilectiōe & sanctitate per/mansit. Nam licet omnem ecclesiam quę in toto est orbe terrarū: cunctis oporteat florere uirtutibus: uos tamē pręcipue īter cęteros populos decet meritis pietatis excellere quos ī ipsa apostolicę petrę arce fundatos dominus noster Iesus xp̄us cū oībus redemit & beatus apostolus Petrus erudiuit per eundem Christum dominum nostrum Amen.

EIUSDEM DE ANNIVERSARIO PONTIFICIAE SVAE ASSVMPTIONIS DIE SERMO TERTIVS.

Gaudeo dilectissimi de religioso urę deuotiōis affectu. et deo gratias ago: ꝙ ī uobis pietatem xp̄ianę unitatis agnosco. Sicut enim ipsa frequentia uestra testatur: intelli/gitis huius diei decursum ad cōmunem lęticiā pertinere. et honorē celebrari totius gregis ꝑ annua festa pastoris. Nam licet uniuersa Ecclesia dei distinctis ordinata sit gradibus: ut ex diuersis membris sacrati corporis subsistat integritas: nos tamen omnes sicut ait Apostolus in Christo Iesu unum sumus. nec quisquā ab alterius ita est diuisus offitio: ut non ad connexionem pertineat capitis cuiuslibet hūilitas por/tiōis. In unitate igr̄ fidei atqꝫ baptismatis indiscreta nobis societas dilectissimi & generalis est dignitas. secūdum illud beatissimi Petri apostoli sacratissima uoce dicentis: Et ipsi

tanq̃ lapides supedificamini in domos spūales sacerdotiū sanctum offerentes spūales hostias acceptabiles deo per Iesum xp̄m. et ĩfra. Vos aūt genus electū regale sacerdotiū gens sancta populus acquisitionis. Omnes enim in Christo regeneratos crucis signum: efficit reges. Sancti uero spūs unctio cōsecrat sacerdotes: ut preter istam spūtalē nostri ministerii seruitutem uniuersi spūtales rationabiles xp̄iani agnoscāt se regii generis & sacerdotalis offitii eē cōsortes. Quid enim tam regium q̃ subditum deo animum corporis sui esse rectorem? Et quid tam sacerdotale q̃ uouere dn̄o conscientiam puram & immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? Quod cum omnibus per dei grām cōe sit factum religiosum tamen uobis atq; laudabile est de die prouectionis nostrę quasi de proprio honore gaudere. ut unū celebretur in toto ecclesię corpore pontificii sacramētum. qđ effuso benedictionis unguento copiosius qdem in superiora ꝑfluxit. sed nō parce etiā in inferiora descendit. Cū itaq; dilectissimi de consortio istius muneris magna sit nobis materia communium gaudiorum uerior tamē uobis et excellētior erit causa lętandi: si non in nostrę humilitatis cōsideratōe remoremini. cū multo utilius multo sit dignius ad beatissimi apostoli gloriam contemplandam aciem mētis attollere. et hunc diem in illius potissimum ueneratōne celebrare: qui ab ipso omnium charismatū fonte tam copiosis est irrigatōnibus inundatus: ut cum multa solus acceperit: nihil in quenq̃ sine illius participatione transierit. Verbum eĩm caro factum fuerat: et habitabat iam in nobis: ut reparando humano generi totum se Christus impēderet. Nihil indispositum sapientię. nihil erat arduum potestati. famulabantur elementa. ministrabāt spiritus. angeli seruiebant. nec ullo modo poterat inefficax esse sacramentum: quod simul ipius deitatis unitas opabatur: et trinitas. et tamen de toto mundo unus Petrus eligitur: qui & uniuersarum gentium uocationi & omnibus apostolis cunctisq; ecclesię patribus pręponatur: ut quāuis in populo dei multi sacerdotes sint:

multiq; pastores: omnes tñ regat Petrus: quos principaliter regit et christus. Magnum & mirabile dilectissimi huic uiro cōsortium potentię suę tribuit diuina dignatio. etsi qd cum eo commune cęteris uoluit esse principibus: nunquam nisi per ipsum dedit: quicquid aliis nō negauit. Omnes deniq; apostolos dominus quid de se hoīes opinentur interrogat. et tam diu respondentium communis est: quādiu humanę intelligentię ambiguitas explicatur. At ubi ꝗd hābeat sen/sus discipulorum exigitur: primus est in domini confessiōe qui primus est in apostolica dignitate. qui cum dixisset: Tu es xp̄us filius dei uiui: Respōdit ei Iesus: Beatus es Simon Bariona qa caro & sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus q in cęlis est. id ē ideo btūs es qa pater meus te docuit. nec terrena opinio te fefellit: sed inspiratō cęlestis te instruxit. et non caro & sanguis sed ille me tibi cuius sum unigenitus filius indicauit. Et ego inquit dico tibi. hoc est sicut meus pater tibi mā̄festauit diuinitatem meā: ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam. quia tu es Petrus: id est cum ego sim inuiolabilis petra: ego lapis āgularis q facio utraq; unū: ego fundamentum pręter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq; petra es: quia mea uirtute solidaris. ut quę mihi potestate sunt propria: sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram ędificabo ecclesiā m eam. et portę inferi non preualebunt aduersus eam. Super hanc inquit fortitudiēm ęternum extruam templum. et ecclesię meę cęlo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate con/surget. hanc confessionem portę inferi nō tenebunt. mortis uincula non ligabunt. uox enim ista uox uitę est. Et sicut confessores suos in cęlestia ꝓuehit: ita negatores ad inferna demergit. propter quod dicit beatissimo Petro: Tibi dabo claues regni cęlorū. et quęcūq; ligaueris super terram: erūt ligata & in cęlis. et quęcūq; solueris super terram. erunt so/luta & in cęlis. Transiuit quidem in alios aplōs uis potestatis istius. et ad oīs ecclesię principes decreti huius cōstitutō cōmeauit. sed non frustra uni cōmendatur: quod omnibus

intimetur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur: quia cunctis ecclesię rectoribus Petri forma prępōitur. Manet ergo Petri priuilegium ubicunq̧ ex ipsius fertur ęquitate iudicium. Nec nimia ē seueritas uel remissio ubi nihil erit ligatum nihil solutū nisi quod btūs Petrus aut soluerit: aut ligauerit. Instāte aūt passiōe sua quę discipulorꝫ erat turba/tura cōstantiā: Simō inqt Simō ecce sathanas expostulauit uos: ut cerneret sicut triticū. Ego aūt rogaui pro te ut non deficiat fides tua. et tu aliqn̄ conuersus confirma frēs tuos. ut nō intretis ī temptationē. Cōmune erat oībus apostolis periculum de temptatione fortitudinis & diuinę ꝓtectiōis auxilio pariter indigebant. Quoniam diabolus omnes exa/gitare omnes cupiebat elidere. et tamē specialis a domino Petri cura suscipitur. et pro fide Petri proprie supplicatur. tanquā aliorum status certior sit futurus: si mens principis uicta nō fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur. et diuinę gratię ita ordinatur auxilium: ut firmitas quę per xp̄m Petro tribuitur: per Petrū apostolis conferatur. Cum itaq̧ dilectissimi nostri tantum nobis uideamus pręsidium diuinitus institutū rationabiliter & iuste iudicis nostri me/ritis & dignitate lętamur. gratias agentes sempiterno regi redemptori nostro domino Iesu Christo q̄ tantā potētiam dedit ei: quē totius ecclesię principem fecit: ut siquid etiā nostris temporibus recte ꝑ nos agitur: recteq̧ disponitur: illius operibus illius sit gubernaculis deputandū: cui dictū est: Et tu cōuersus confirma fratres tuos. et cui post resur/rectionem suā ad trinam ęterni amoris professionē mystica insinuatione ter dixit: Pasce oues meas. Quod nunc quoq̧ proculdubio facit: et mādatum dn̄i pius pastor exequitur: confirmās nos cohortationibus suis & pro nobis orare non cessans: ut nulla temptatione superemur. Si aūt hanc pietatis suę curā om̄i populo dei sicut credendū est: ubiq̧ ꝓtendit: q̄tomagis nobis alumnis suis opem suam dignatꝰ impēdere: apud quos in sacro dormitionis thoro eadem qua prędidet carne requiescit. Illi ergo hunc seruitutis nostrę natalicium

diem illi ascribamus hoc festū: cuius patrocinio sedis ipsius meruimus esse consortes. auxiliante nobis per omnia gratia domini nostri Iesu Christi qui uiuit & regnat cū deo patre et spiritu sancto in secula seculorum Amen.

## De collectis eiusdem sermo primus.

Multis diuinarum scripturarum testimoniis edocemur quantum elemosinarum meritum & quanta sit uirtus. Certū est enim unūquenq; nostrum animę suę benefacere: quotiens misericordia sua inopię succurrit alienę. Prompta ergo & facilis dilectissimi apud nos largitas esse debet: si credimus sibi unumquenq; id prestare: quod indigentibus tribuit. Thesaurum eim suum condit in celo qui Christum pascit in paupere. Benignitatē itaq; in hoc & dispensatiōem diuinę pietatis agnosce. Idcirco eim te abundare uoluit: ut per te alius nō egeret. et per ministeriū operis tui paupem ab egestatis labore teq; a peccatorū multitudine liberaret. o mira prouidētia creatoris: ut uno facto duobus uellet eē succursum. Ventura igitur dominica dies collectarū futura est. Hortor & moneo sanctitatem uestram: ut singuli quiq; et pauperum memieritis. et uestri. et pro possibilitate uiriū uestrarum intelligatis in egentibus Christum: qui tantum nobis pauperes commendauit: ut se in ipsis uestri ac suscipi testaretur & pasci xp̄us deus noster qui cū patre et sancto spiritu uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

## De collectis eiusdem sermo secundus.

Totum uobis dilectissimi & familiare mādatū pastorali predicamus hortatu. ut in ope misericordię studeatis esse deuoti. Quod etiam si nunquā a uestra sanctitate neg/ligitur: nunc tamē promptius est & impensius exequendū. quia primus collectarū dies saluberrime a sanctis patribus institutus hoc exigit: ut unusqsq; ꝓut uotiuū atq; possibile est: in usus atq; elemosinam pauperum de uris facultatibus conferatis. Scientes preter illud regeneratiōis lauacrum in

quo uniuersorũ ablutę sunt maculę peccatoꝝ: hoc remediũ infirmitati humanę esse donatum: ut siquid culparum ĩ hac terrena habitatione contrahitur: elemosinis deleatur. Elemosinę enim opera caritatis sunt & scimus ꝙ caritas operit multitudinem peccatorum. Proĩde dilectissimi in secũdam feriam spontaneas collectas uestras sollicite preparate. ut quicquid uobis de temporalibus substantiis dempseritis. id multiplicatum in ęterna retributione sumatis.

De collectis eiusdem sermo. III.

CHristianę pietatis ẽ dilectissimi ut quę apostolicis sunt traditionibus instituta: perseuerãti deuotione seruenẽt. Nã illi beatissimi discipuli ueritatis hęc diuinitus inspirata cõmendauere doctrina: ut quotiens cecitas paganorum in superstitionibus eorũ esset intentior: tunc pręcipue populus dei orationibus et operibus pietatis instaret. Quoniam immundi spiritus quantum gentilium errore lętãtur tãtum uerę religionis obseruantia atteruntur. & augmenta iusticię urunt impietatis autorem. cuius impia & prophana cõmeta beatus magister gentium pręcauebat: cum uoce apostolica diceret: Nolite iugũ cum infidelibus ducere. quę enĩ participatio iusticię cum iniquitate? aut quę societas lucis ad tenebras: & deinde uocem ꝓphetici spiritus addidit dicẽs: Exite exite de medio eorum. & separamini dicit dominus. & immundũ ne tetigeritis. Vnde quoniam ad destruendas antiqui hostis insidias in die quo impii sub idolorum suoꝝ nomine diabolo seruiebãt: prouidentissime in sancta eccliã prima est instituta collectio. uolumus dilectionem uestram tertia feria per omẽs regionũ uestrarũ ecclesias cũ uolũtariis oblationibus elemosinarum conuenire. in quo opere et si nõ est omnium ęqualis facultas: debet esse par pietas. qm̃ fidelium largitas non de muneris pensatur pondere sed de beniuolentię quantitate. Habeant in hoc misericordię cõmertio etiã pauperes lucrum. & ad sustentationem egẽtiũ de quantacũꝗ substantia aliquid quod eos non contristet:

excerpant. Sit diues munere copiosior: dū pauper aīo non fit inferior. Quāuis enī maior speretur redditus de maiore semēte: potest tamē de exigua satione multus fructus proueníre iusticię: Iustus est enim iudex noster. & uerax. qui neminem fraudat mercede meritorum. Et ideo nos curam pauperum uult habere: ut in futurę retributionis examine misericordibus quam promisit: misericordiā largiatur xp̄us deus noster. qui cū patre & spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

## De collectis et elemosina eiusdem sermo. IIII.

Misericordia dilectissimi et iusticia dei formā retributionū suarū a mundi constitutione dispositā ꝑ doctrinā domini nostri Iesu Christi benignissima nobis expositione reseráuit: & acceptis rerū significationibus quę futura credimus tanquā gesta nosceremus. Sciebat enim redemptor noster atq; saluator quātos fallacia diaboli per totū mundū sparsisset errores. & quoniā multis superstitionibus maxīam sibi partem humani generis subdidisset. Sed ne ultra per ignorantiam ueritatis creatura ad imaginem dei condita in pręcipitia perpetua mortis ageretur: euāgelicis paginis iudicii sui inseruit qualitatē: q̄ omnem hominem a callidissimi hostis reuocaret insidiis: cum iam nulli esset incognitū: quę bonis sperāda pręmia: & quę malis essent inferēda supplicia. Incētor nāq; ille autorq; peccati primū superbus ut caderet: deinde inuidus ut noceret: quia in ueritate non stetit: totā uim suam in mendacio collocauit. Omniaq; deceptionum genera de hoc uenenatissimo artis suę fonte ꝓduxit. ut ab illo bono quod ipse propria elatione perdiderat: spē hūanę deuotionis excluderet. Eosq; in consortium dānationis suę traheret: ad quorum ipse reconciliationem pertinere non posset. Quicquid igitur hominū quibuslibet impietatibus lesit huius fraude traductū: huius est nequicia deprauatū. Facile eīm ī omnia flagicia impulit: quos religione decepit. Sciens autem deum non solū uerbis sed etiā factis negari:

multis quibus auferre non potuit fidem: sustulit caritatem: & agro cordis ipsorū auaricię radicibus occupato spoliauit fructu operū: quos nō priuauit cōfessione labiorꝝ. Propter has ergo dilectissimi uersutias hostis āntiqui scire nos uoluit ineffabilis benignitas Christi: quid in die retributionis de uniuersitate hominum esset decernendum: ut dum in hoc tempore legitimorum remediorū medicina probetur: dum elisis repatio nō negatur. et qui diu fuerūt steriles: possunt tandem esse fecūdi. Preueniatur dispositā censura iusticię. et nunq̄ a cordis oculis diuinę districtiōis imago discedat. Veniet ergo in maiestatis suę gloria dn̄s sicut ipse predixit. aderitq̄ cum eo radians in splendoribus suis innumerabilis angelicarum multitudo legionum. Congregabuntur ante thronum potentię eius oīum gentium populi et quicquid hominum uniuersis seculis toto orbe terrarum progenitū est: in conspectu iudicātis astabit. Separabūtur ab iniustis iusti a nocentibus innocentes. & cum preparatū sibi regnū recēsitis misericordię operibus filii pietatis acceperint: exprobrabit̄ duricia sterilitatis iniustis et nihil habētes sinistri commune cum dextris in ignē ad diaboli & āgelorum eius tormēta dispositū omipotētis iudicis dānatiōe mittentur. cū illo habituri pęne communionem: cuius elegerūt facere uoluntatem. Quis igitur istam sortem ęternorum cruciatū nō pertimescat? Quis mala nunq̄ finienda non timeat? sed cum i deo denūtiata sit seueritas ut misericordia quęrereẗ: in diebus presentibus cū misericordię est largitate uiuēdū: ut homini post periculosam negligētiam ad pietatis opera reuertenti possibile sit ab hac sententia liberari. Hoc enim agit potētia iudicis hoc gratia saluatoris ut relinquat ipius uias suas & ab iniquitatis suę cōsuetudine discedat. misereāt pauperum: qui sibi uolunt parcere Christum. faciles sint in alimenta miserorum: qui cupiunt ad societatem peruenire fideliū. Nō sit uilis homini homo. nec in quoq̄ despiciatur illa natura: quā rerū conditor suam fecit. cui eīm laborātū licet negare: quod Christus sibi profitetur impēdi. Iuuatur

conseruus: & gratiā refert dn̄s. Cibus egeni regni celestis est pretiū. et largitor tēporalium heres efficitur eternorū. Vnde autem exigua ista impendia tanta estimari taxatione meruerūt nisi quia pondera operum caritatis lance pēsant. et cum amatur ab homine quod deus diligit: merito in eius ascenditur regnum: ī cuius transitur affectum. Ad horum ergo operū dilectissimi piā curā dies nos apostolicę institutionis inuitat: in quo sanctarum collectionū prima collatio est prudenter a patribus et utiliter ordinata: ut quia in hoc tempore gentilis quondā populus supstitiosius demōibus seruiebat: contra prophanas hostias impiorum sacratissima nostrarū elemosinarū celebrarēt oblatio. Quod quia īcrementis ecclesie fructuosissimum fuit: placuit esse perpetuū. Vnde hortamur sanctitatē uestrā ut per ecclesias regionū uestrarū quarta feria de facultatibus uestris quātū suadet possibilitas & uoluntas ad expensas misericordię cōferatis. ut possitis illam beatitudinem promereri: in qua sine fine gaudebit: qui intelligit super egenū et pauperem. Ad quē intelligēdū ē dilectissimi sollicita benignitate uigilandum: ut quē modestia tegit & uerecūdia īpedit. īueire possimus. Sunt eīm qui palam poscere ea quibus indigēt: erubescūt. et malunt miseria tacitę egestatis affligi. q̄ʒ publica petitōe confundi. intelligēdi ergo isti sunt: & ab occulta necessitate subleuandi: ut hoc ipso amplius gaudeant cū et paupertati eorum consultum fuerit: et pudori. Recte enim in egeno et paupere ipsius Iesu Christi domini nostri persona sentit. Quoniam cum esset diues: sicut dicit apostolus: inops fcūs est: ut nos sua paupertate ditaret. et ne deesse sui presentia uideretur: ita humilitatis & glorię suę temperauit mysteriū: ut quem regem et dominū in maiestate patris adoramus: eundem in suis pauperibus pasceremus. liberandi ob hoc ī die mala a dānatiōe perpetua et pro intellecti paupis cura regni cęlestis cōsortiis inserēdi. Vt autē in oībus dilcissimi placeat domino uestra deuotio etiā ad hanc uos hortamur idustriā: ut manicheos ubicūqʒ latētes uestris presbyteris

publicetis. Magna est eim pietas prodere latebras ipiorū. et ipsum in eis cui seruiunt diabolū debellare Contra istos enim dilectissimi omnem quidem orbem terrarum et totā ubiq; ecclesiam licet fidei arma arripere. Sed uestra in hoc opere deuotio debet excellere: qui in progenitoribus uris euangelium crucis Christi ab ipso beatissimorū apostolorū Petri et Pauli ore didicistis. Non sinantur latere homines qui legē per Moysen datā in qua deus uniuersitatis cōditor ostenditur: recipiendam esse non credunt. prophetis & sancto spiritui contradicūt. psalmos dauiticos qui per uniuersalem ecclesiam cum omni pietate cantantur: damnabili impietate ausi sunt refutare. Christi dn̄i natiuitatē scd̄m carnem negant. Passionem et resurrectionem eius simulatā dicunt fuisse: non ueram. baptismum regenerationis totius gratię uirtute dispoliant. Nihil est apud eos sanctum. nihil integrū. nihil uerū. Cauendi sunt: ne cuiq̄ noceant. pdendi sunt: ne in aliqua ciuitatis nostrę parte cōsistant. Vobis dilectissimi ante tribunal domini proderit: quod indicimus: quod rogamus. dignum est enim ut elemosinarū sacrifitio et huius operis palma iungatur. auxiliāte nobis per omnia dn̄o Iesu Christo: qui uiuit et regnat ī sęcula sęculoꝝ. Amē.

## De collectis et elemosinis eiusdem sermo. V.

Apostolicę traditionis dilectissimi instituta seruātes pastorali uos sollicitudine cohortamur: ut diem quē illi ab impiorum superstitione purgatū misericordię operibus consecrarūt: deuotione religiosę cōsuetudinis cęlebremus. ostendentes apud nos autoritatem patrum uiuere: eorūq; doctrinam in nostra obedientia permanere. Quoniā sancta tātę cōstitutionis utilitas non pręterito tantum tēpori sed etiā nostrę prospexit ętati: ut quod illis profuit ad destructionē uanitatū: hoc nobis proficeret ad īcremēta uirtutū. Quid autem tam aptum fidei quid tam conueniens pietati q̄ egentiū iuuare paupertatem: infirmorum curā recipere: fraternis necessitatibus subuenire & conditionis proprię in

aliorum laborẽ meminisse. ĩ quo opere quãtum quis possit quantũq; non possit solus ueraciter ille discernit: qui nouit quid quibusq; contulerit. Non solũ enim spiritales opes & dona celestia deo donante capiuntur: sed etiam terrenę et corporeę facultates ex ipsius largitate ꝓueniũt. ut merito rationem eorum quesiturus sit: quę non magis possidenda tradidit q̃ dispẽsanda cõmisit. Muneribus igitur dei iuste et sapienter utendum est: ne materia boni operis fiat causa peccati. Nam diuitie quidem quantũ ad ipsas species earũ atq; substãtias pertinet, bonę sunt. et hũanę societati plurimum prosunt: cum a beniuolis habentur et largis. nec illas aut luxuriosus prodigit. aut auarus abstrudit. ut tã pereant male conditę. q̃ insipiẽter expensę. Quãuis aũt laudabile sit intemperãtiam fugere: et turpium uoluptatũ dãna uitare: multiq; magnifici dedignentur facultates suas occulere et inter copias affluẽtes uilẽ atq; sordentẽ horreat parcitatẽ: nõ est tamẽ taliũ aut felix abũdãtia aut probãda frugalitas: si ipsis tantum proprie opes seruiunt: si eorum bonis nulli iuuantur pauperes: nulli fouentur infirmi. si de magnarum abundantia facultatum non captiuus redemptionem non peregrinus solatium non exsul sentit auxilium. Huiusmodi diuites egentiores sunt omnibus egenis. perdunt eĩm illos redditus. quos possunt habere perpetuos. et dũ breui nec semper libero incubant usui: nullo iusticię cibo nulla misericordię suauitate pascuntur. foris splendidi. intus obscuri abundantes temporalium. inopes ęternorum. quia ipsi aĩas suas fame afficiunt: et nuditate dehonestãt: qui de iis quę terrenis horreis commendarunt: nihil thesauris celestibus intulerũt. Sed forte sunt aliqui diuitũ: qui licet nullis largitionibus pauperes ecclesię solẽt adiuuare: alia tamẽ mãdata dei custodiant: et inter diuersa fidei et probitatis merita ueniabiliter sibi ęstimant unam deesse uirtutem. Verũ hec tãta est: ut sine illa cęterę et si sint: prodesse nõ possint. Quãuis eĩm quis fidelis sit & castus et sobrius et aliis moribus ornatus insignibus: misericors tñ si nõ est: misericordiã

non meretur. Ait enim dominus. Beati misericordes qm̄ ipsorum miserebitur deus. Cum autē uenerit filius hominis in maiestate sua: & sederit in throno glorię suę: et congregatis omnibus gentibus bonorum et malorum fuerit afacta discretio: in quo laudabuntur: qui ad dextram dei stabūt: nisi ī operibus beniuolētię & caritatis offitiis quę Iesus sibi impensa reputabit quoniam qui naturā hominis suā fecit: in nullo se ab humilitate discreuit. Sinistris uero quid obiicietur nisi neglectus dilectionis: duricia inhumanitatis: et pauperibus misericordia denegata: quasi nec alias uirtutes dextri nec alias offensiones habeant sinistri. Sed illo magno firmmoq; iudicio tāti ęstimabitur uel largitatis benignitas: uel tenacitatis īpietas: ut ꝓ plenitudine omnium uirtutum et pro summa omnium commissorum et per unū bonum isti introducantur in regnū: & per unum malum illi mittantur in ignem ęternum: Nemo igitur dilectissimi de ullis sibi bonę uitę meritis blandiatur. si illi defuerint opera caritatis. nec de sui corporis puritate securus sit: qui nulla elemosinarū purificatione mūdať. Elemosinę eīm peccata delent. mortem perimūt. & pęnā perpetui ignis extiguunt. Sed qui ab earum fructu fuerit uacuus: erit ab indulgētia retribuentis alienus: dicente Salomone. Qui obturat aures ne audiat imbecillem: & ipse uocabit dominū: et non erit: q exaudiat eū. Vnde & Thobias filiū suū preceptis pietatis instruēs: ex substantia inquit tua fac elemosinā. & noli auertere faciē tuā ab ullo paupere. ita fiet: ut nec a te auertať facies dei. hęc uirtus omnes facit utiles esse uirtutes. quę ipsam quoq; fidē ex qua iustus uiuit: et quę sine operibus mortua nominatur: sui admixtione uiuificat: quia sicut in fide est operū ratio: ita ī operibus fidei fortitudo. Dū ergo tēpus habemus: sicut ait apostolus: operemur bonū: maxīe aūt ad domesticos fidei. bonū aūt facientes nō deficiamus. tēpore eīm suo metemus. Pręsens itaq; uita tēpus ē satiōis. et retributionis tēpus est messis. quādo unusquisq; seminū fructus scd̄m sationis suę percipiet quātitatem. De ꝓuentu

autem istius segetis nemo falletur: quia animorū ibi magis q̃ impendiorum mensura taxabitur. et tm̃ reddent exigua de exiguis: quantum magna de magnis. et ideo dilectissimi satisfiat apostolicis institutis. et quia die dominica prima ē futura collectio: omnes uos deuotioni uoluntarię pręparate: ut unusquisq; scd̃m sufficientiā habeat in sacratissima oblatione consortium. Exorabunt pro uobis & ipse elemosinę et ii qui uestris muneribus iuuabuntur: ut ad omne opus bonum idonei semper esse possitis in Christo Iesu dn̄o nostro: qui uiuit et regnat in sęcula sęculorum Amen.

## De collectis sermo eiusdem sexnus. Et de ieiunio decimi mensis primus.

Si fideliter dilectissimi atq; sapienter creationis nostrę intelligamus exordium: inueniemus hoīem ideo ad imaginē dei conditum: ut imitator sui esset autoris. & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem: si in nobis quasi in quodam speculo diuinę benignitatis forma resplēdeat. ad quam quotidie nos utiq; repat gratia saluatoris. dum qd̄ cecidit in Adam primo: erigitur ī secundo. causa autem reparationis nostrę non est nisi misericordia dei. quem non diligeremus: nisi prius nos ipse diligeret: et tenebras ignorātię nostrę suę ueritatis luce discuteret. quod per sanctū Esaiā dn̄s denūtians ait: Adducā eos per uiam: quā ignorabant. et semitas quas nesciebāt: faciā illos calcare et non reliquā eos. Et iterum: Inuentus sum inquit: a nō quęrentibus me. et palā apparui iis: qui me nō interrogabāt. quod quomodo impletum sit: Iohannes apostolus docet: dicēs: Scimus qm̃ filius dei uenit: et dedit nobis sensum: ut cognoscamus uerum. et scimus in uero filio dei eius. Et iterum. Nos ergo diligamus deum: qm̃ ipse prior dilexit nos. Diligendo itaq; nos deus ad imaginē suam nos reparat. et ut ī nobis formā suę bonitatis inueniat: dat unde ipsi quoq; quod operatur: opemur. accendēs scilicet mentiū nostrarū lucernas: et igne nos suę caritatis inflāmans: ut non solū ip̄m sed etiā quicqd

diligit: diligamus. Nam si inter homines ea demum firma
amicicia est: quam morum similitudo sociarit: cum tamen
parilitas uoluntatum sepe in reprobos tendit affectus. q̄tū
nobis optandum atq̧ intendendum est: ut in nullo ab iis quę
deo sunt placita: discrepemus: de quo dicit ꝓpheta. Quoniā
ira in indignatione eius. et uita in uoluntate eius. quia non
aliter in nobis erit dignitas diuinę maiestatis: nisi imitatio
fuerit uoluntatis. dicēte itaq̧ dn̄o: Diliges dn̄m deū tuum
ex toto corde tuo et ex tota mente tua et diliges ꝓximum
tuū sicut teipsum: Suscipiat fidelis aīa autoris sui atq̧ rec/
toris imarcessibilē caritatē. totāq̧ se etiā eius subiiciat uo/
luntati: in cuius operibus atq̧ iudiciis nihil uacat a ueritate
iusticię. nihil a miseratione clementię. quoniam et si magnis
quis laboribus et multis fatigetur incōmodis: bona est illa
causa tolerādi. qua se aduersis uel corrigi intelligat. uel ꝓ/
bari. Caritatis uero istius pietas pfecta esse nō poterit: nisi
diligatur et proximus. Quo nomine nō ii tantū intelligēdi
sunt: qui nobis amicicia et propinquitate iunguntur. Sed
omnes prorsus homines cū quibus nobis natura cōmunis
est. siue illi hostes sint siue sotii. siue liberi. siue serui. unus
enim nos conditor finxit. unus nos creator animauit. eodē
cuncti celo et aere iisdem fruimur diebus et noctibus.
Cumq̧ alii sint boni alii mali alii iusti alii iniusti: deus tamen
omnibus largitor omnibus est benignus. sicut Lycaoniis a
Paulo et Barnaba apostolis dicitur de prouidentia dei qui
in preteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi
uias suas. et quidem non sine testimonio semetipsum reliq̄t
benefaciens eis. de celo dans pluuiā et tempora fructifera
et implens cibo et iusticia corda nostra dedit autem nobis
maiores diligēdi proximū causas christianę gratię latitudo.
quę se per omnes partes totius orbis extēdens dū neminē
despectat: docet neminem negligendum. et merito etiam
inimicos diligi et pro psecutoribus sibi precipit supplicari.
Qui ex omnibus quotidie gentibus fractis oliuę suę ramis
geīmē inserens oleastri: De inimicis reconciliatos de alienis

adoptiuos:de ĩpiis facit iustos:ut omne genu flectatur cę/lestiũ terrestriũ et infernorũ.et omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus in gloria est dei patris.cum ergo deus bonos nos esse uelit:quia bonus est:nihil debet de eius iu/diciis displicere. Nam nõ per omnia illi gratias agere:qd ẽ aliud:q̃ ex quadam eũ parte reprehendere? Audet plerũq; humana insipientia aduersus creatorem suum nõ solum de inopia murmurare:sed et cũ aliquid non suppetit:querula et cum quędam exuberant fit ingrata. Multę messes dñs horreorum suorum plenitudinem fastidiuit. et ad copiam uindemię affluẽtis ingemuit.nec de magnitudine fructuũ gratulatus sed de uilitate conquestus est. Si autem parcior fuerit in susceptis terra sẽminibus:et castigatiore prouẽtu uites oleęq; defluxerint:accusatur ãnus:arguũtur elemẽta: et nec aeri parcitur:nec cęlo:cum fideles et pios discipulos ueritatis nihil magis commendet et muniat:q̃ perseuerans in deũ indefessa laudatio dicẽte apostolo. Semper gaudete sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. Hęc eĩm uoluntas dei est:in Christo Iesu in omnibus uobis. Huius autẽ deuotionis queẽadmodum poterimus esse participes: nisi rerum uarietas constantiam mentis exerceat.ut amor directus in deũ nec iter secũda superbiat.nec inter aduersa deficiat. Quod placet deo:placeat et omnibus nobis.de oĩ mẽsura munerũ eius gaudeamus.qui bene usus est magnis: utatur hñ et modicis.tã nobis copia q̃ parcitate cõsulitur. Nec in spiritalibus lucris angustia grauabimur fructuum: si fecunditas non arescat animorũ. Oriatur de cordis agro: qđ terra non dedit. Semper illi quod largiat̃: occurrit. cui bene uelle non deficit. Ad omnia igitur dilectissimi opera pietatis omniũ nobis qualitas prosit annorũ. nec beniuolẽ/tiam christianã difficultas temporalis impediat. Nouit dñs uasa hospitalis uiduę uacuata complere. nouit aquas ĩ uina cõuertere nouit de paucissimis paĩbus quĩq; milia esurĩetiũ saturare populorum. Et ille qui in suis pascitur:quę potuit augere dando:potest multiplicare sumẽdo. Tria uero sunt

que maxie ad religiosas ptinent actões. oro scilicet ieiuniũ. et elemosina. quibus excercẽdis omne quidẽ tẽpus acceptum. Sed illud est studiosius obseruandũ: quod apostolicis accepimus traditionibus consecratum. Sicut etiã dicimus hic mẽsis morẽ refert ueteris instituti. ut tria illa de quibus locutus sum: diligentius exequamur. Oratione enim ppitiatio dei queritur. Ieiunio concupiscentia carnis extinguitẽ. Elemosina peccata redimũtur. Simulq; per oĩa dei in nobis imago renouatur: si et in laudem eius semper parati. et ad purificationẽ nostrã sine cessatione solliciti et ad sustẽtationẽ proximi indesinẽter simus intenti. Hec triplex obseruantia dilectissimi oĩm uirtutũ comprehendit effectus. hec ad imaginẽ et similitudinẽ dei peruenit et a spiritu sancto inseparabiles facit: quia in orationibus pmanet fides recta. In ieiunio innocẽs uita. in elemosinis mẽs benigna. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato aũt apud beatissimum apostolũ Petrum uigilias celebremus qui et oratioẽs et ieiunia et elemosinas nostras precibus suis dignabit adiuuare. Per dñm nostrũ Iesum Christum qui cum patre et sancto spiritu uiuit et regnat in secula seculorum Amen.



DE IEIVNIO DECIMI MENSIS ET COLLECTIS EIVSDEM SERMO SECVNDVS.

Quod tẽporis ratio et deuotionis nostre admonet cõsuetudo pastorali uobis dilectissimi sollicitudine predicamus. decimi mensis celebrandum esse ieiunium: Qui p consummata perceptione omniũ fructuum dignissime largitori eorum deo continentie libamẽ offertur. Quid enim potest efficacius esse ieiunio? cuius obseruantia appropinquamus deo. et resistentes diabolo uicia blãda superamus. semper uirtuti cibus ieiunium fuit. De abstinẽtia prodeũt caste cogitationes. rationabiles uoluntates. salubriora consilia. et per uoluntarias afflictiones caro cõcupiscẽtiis moritẽ uirtutibus spiritus innouatur. Sed quia nõ solo ieiunio animarũ nostrarũ salus acquiritẽ. ieiunium nostrũ misericordiis

pauperū suppleamus. īpendamus uirtuti: qđ substrabimus uoluptati. fiat refectio pauperis abstinentia ieiunantis. studeamus uiduarum defensioni. pupillorum utilitati. lugētiū consolationi. diffidentiū paci. Suscipiat̄ pegrinus. adiuuet̄ oppressus. uestiatur nudus. foueatur egrotus. ut quicunq; nostrū de iustis laboribus autori bonorū omniū deo sacrificium huius pietatis obtulerit: ab eodē regni celestis premiū percipere mereat̄. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato autē apud beatum Petrum apostolū pariter uigilemus. cuius suffragantibus meritis que poscimus: impetrare possumus. Per dn̄m nr̄m Iesum Christum qui cum patre & sancto spiritu uiuit & regnat ī secula seculoꝶ. Am̄.

## De ieiunio decimi mensis et de elemosinis eiusdem sermo tertius.

IN dominico agro dilectissimi cuius operarii sumus: oportet nos prudēter atq; uigilāter spiritalē exercere culturam. ut perseueranti industria que legitimis temporibus sunt exequenda curantes: de sanctorū operū fruge letemur. Que si pigro otio & inerti desidia negligatur: terra nostra nihil generosi germinis pariet. et spinis ac tribulis subdita non producet: que condenda sint horreis: sed que urenda sint flammis. Ager autem iste dilectissimi rorante desuper gratia dei fide munitur. ieiuniis exercetur. elemosinis serītur. orationibus fecundatur. ut inter plantationes rigationesq; nr̄as nullius amaritudinis radix pullulet. nec se incremēta cuiusq̄ noxie stirpis attollant. sed enecato omni semine uitiorum conualescat seges leta uirtutum. Ad quā diligentiam omni quidem nos tempore pietatis magister adhortatur: sed in iis diebus qui huic operi sunt specialius instituti maior animositas et cura est excitanda feruentior: ne quod pium est agere non indictum: impiū sit negligere predicatum. Decimi itaq; mēsis ieiunium ad quod caritatē uestram religioso ꝓposito nouimus preparatam unanimiter auxiliante Christo celebrandum. Hortamur monentes ut

unusquisq; secūdū mensuram possibilitatis quam accepit a deo in bonis operibus enitescat quia et inimici nostri qui nostra sanctificatione torquētur: in iis diebus quos ad maiorē obseruantiā nobis dispositos esse nouerūt: uehemētius seuiunt. et subtiliore insidiantur astutia. ut aliis immittēdo metū inopię de largitatis expensis: aliis immittendo tristiciā de labore ieiunii: q̄plurimos a consortio huius deuotionis abducant. Contra quas temptationes dilectissimi uigilet in nobis pii cordis intētio. et a christianis mētibus cogitationes diffidentię repellantur. Modicū est enim quod pauperi satis est. nec uictus illius nec uestitus onerosus est. uile eīm est: quod esurit. uile est: quod sitit. & nuditas quę indiget operiri: non poscit ornari. et tamen dominus noster tā pius operū nostrorū arbiter tam benignus est ęstimator: ut etiā pro calice aquę frigidę sit premiū redditurus. & quia iustus inspector est animorū: non impendiū solū operis sed etiam affectū est remuneraturus operantis. Per xp̄m dn̄m nr̄m.

## De ieiunio decimi mensis et de elemosinis eiusdem sermo quartus.

Consideter uos dilectissimi ad opa pietatis hortamur. quia expimentis didicimus libenter uos suscipere qđ monemus. Scitis nanq; & deo docēte cognoscitis ad ęternū uobis gaudiū pfuturā diuinorū obseruantiā mandatorū. In quibus exequēdis quia humana fragilitas plerūq; lassescit. et ī multis p lubricū suę infirmitatis offēdit: misericors et pius dn̄s remedia nobis & adiutoria dedit: per quę ueniam obtinere possimus. Quis eīm tot illecebras mundi tot insidias diaboli tot deniq; pericula suę mutabilitatis euaderet: nisi clemētia ęterni regis mallet nos reparare: q̄ perdere. Nam et qui iam redēpti iā regenerati filii lucis effecti sunt: q̄diu tamē in hoc mūdo qui totus ī maligno positus est: retinēt: q̄diu infirmitati carnis corruptibilia et tēporalia blandiūt: non possunt istos dies sine trepidatione transire. nec facile puenit cuiq̄ tam incruenta uictoria: ut inter multos hostes

frequentesq; conflictus etiam si sit liber a morte sit quoq; immunis a uulnere. Curãdis igitur lesionibus: quas sepe incidũt: qui cũ iuisibili hoste confligũt: triũ maxie remedioꝝ est adhibenda medicina in orõnis instantia: in castigatione ieiunii: in elemosine largitate: que cũ pariter exercent̃: deus propitiatur. culpa deletur. tẽptator eliditur. Ex iis quidem presidiis semp̱ fidelis aĩa debet accingi. sed tunc studiosius prep̱ari: cũ ii adsunt dies: qui proprie sunt ad hec pietatis offitia prestituti: de quoꝝ numero est etiam decimi huius mensis sollẽne ieiuniũ: quod nõ ideo negligẽdũ est. quia de obseruãtia ueteris legis assumptum est. tanq̃ hoc de illis sit: que inter discretiones ciborũ inter baptismatũ differentias & auiũ pecudũq; hostias esse desiterũt. Illa eĩm que rerum futurarũ figuras gerebãt: impletis que significauere: finita sunt. Ieiunioꝝ uero utilitatẽ noui testamẽti gratia non remouit. et continẽtiã corpoꝝ animiq; semp̱ ꝓfuturã pia obseruatione suscepit: q̃m sicut p̱manet apud intelligentiam xp̃ianã: dñm deũ tuũ adorabis: & illi soli seruies: & diliges ꝓximũ tuũ sicut teip̃m: et cetera taliũ mandatoꝝ: Ita quod in eisdẽ libris de ieiunioꝝ sanctificatione & curatione preceptũ est: nulla interp̃tatione uacuat̃. In omni eĩm tẽpore ĩ omniq; uita huius seculi ieiunia nos contra peccata faciũt fortiores. ieiunia cõcupiscẽtias uĩcunt. tẽptatioẽs repellũt. sup̱biã inclinãt. irã mitigãt. et õnes bone uolũtatis affectus ad maturitatẽ totius uirtutis enutriũt: si tamẽ ĩ sotietatẽ sibi beniuolẽtiã caritatis assumãt. & ĩ op̱ibus mĩe se prudẽter exerceãt. Ieiuniũ eĩm sine eleõsina nõ tã purgatio aĩe q̃ carnis afflictio est. magisq; ad auariciã q̃ ad cõtinẽtiã referẽdũ est: qñ aliqs sic a cibo abstinet: ut etiam a pietate abstineat. Nostra ergo ieiunia dilectissimi abũdẽt fructibus largitatis. et ĩ pauperes xp̃i benignis sint fecunda muneribus. nec tardẽtur in hoc op̱e mediocres: quia parũ sit: q̃d possint de sua facultate decerpe. Nouit dñs oĩm uires. & scit iustus inspector de qua mensura q̱sq; q̱d tribuat. dissimiles quidẽ substãtie similes erogationes hr̃e non possunt. sed equatur

plerunq; merito: quod dittat impendio. quia potest esse par animus etiã ubi ĩpar est census. Hec itaq; ut adiuuante deo pia deuotiõe curent: quarta & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatũ Petrũ apostolũ uigilias celebremus cuius orõnibus adiuuati in omnibus mĩam dei mereamur.

## DE IEIUNIO DECIMI MENSIS ET DE ELEMOSINIS EIUSDEM SERMO QUINTUS.

SVblimitas qdem dilectissimi gr̃e dei hoc qdẽ opat̃ in cordibus xpianis: ut om̃e desideriũ nĩm a terrenis ad celestia transferatur. Sed et presens uita per creatoris opẽ ducit̃: & p ipius puidentiã sustinet̃: qa idem est largitor tẽporaliũ qui pmissor est eternorũ. sicut eĩm p spe felicitatis ad quã p fidẽ currimus gratias deo agere debemus: qd ad pceptionem tante prepationis euehimur: ita pro iis quoq; cõmodis que singulorũ annorũ reuolutione cõsequimur: deus a nobis honorãdus atq; laudãdus est: qui sic terre fecũditatẽ ab initio dedit: sic pariendorũ fructuũ legẽ ĩ quibuscũq; germĩbus & semĩbus ordinauit: ut nunq̃ sua instituta desereret. sed in rebus cõditis benigna cõditoris admĩstratio pmaneret. qcqd ergo ad usus hoĩm segetes/uinee/oleeq; peperint: totũ hoc diuine bonitatis largitate profluxit: que elemẽtorũ qualitate uariata dubios agricolarũ labores clementer adiuuit. ut utilitatibus nostris uenti et nubes frigora & estus. dies noctesq; seruirent. Nõ eĩm sibi ad effectus operũ suorũ hũana ratio sufficeret: nisi plãtatiõibus et uegetationibus solitis dñs crementa pberet. Vnde plenũ pietatis & iusticie est: ut de iis que nobis celestis pater misericorditer cõtulit: nos quoq; alios iuuemus. Sunt eĩm plurimi: qui nullã habẽt portionem: quorũ incurie de ea quã dñs dedit copia: consulendũ est. ut & ipi nobiscũ deo p terre fecũditate bñdicãt. et gaudeãt possidentibus esse donata: que etiã pauperibus ac pegrinis fuerũt facta cõmunia. Felix est illud horreũ: et oĩm fructuũ multiplicatione dignissimũ: de quo egentiũ & debiliũ saturat̃ esuries. de quo releuat̃ peregrini necessitas.

de quo desideriũ fouetur infirmi. Quos ideo sub diuersis molestiis iusticia dei laborare pmisit: ut miseros ꝑ patiẽtia & misericordes ꝑ beniuolentia coronaret. Huic autem opi dilectissimi cum oĩa opportuna sint tẽpora. hoc nũc pcipue aptũ est atq; cõueniens: in quo sancti patres nr̃i diuinitus inspirati decimi mẽsis sanxere ieiuniũ. ut omniũ fructuum collectione conclusa rationabilis deo abstinẽtia daretur. & meminisset quisq; ita uti abũdãtia: ut & circa se abstinẽtior. & circa paupes esset effusior. Efficacissima eĩm ꝑ peccatis de pcatio est ĩ elẽosinis: atq; ieiuniis. & uelociter ad diuinas conscendit aures talibus oratio eleuata suffragiis. Quoniam sicut scriptum est: aĩe sue bñfacit uir misericors. & nihil uni/uscuiusq; tã ꝓpriũ q̃ qđ ĩpendit ĩ ꝓximũ. pars eĩm corpaliũ facultatũ que ĩdigẽtibus ministrat: ĩ diuitias trãsit ẽternas. & ille opes de hac largitate pariũtur: que nullo usu minui nulla poterunt corruptione uiolari. Beati aũt misericordes: q̃m ipoꝝ miserebit̃ deus. & ipse erit illis summa prẽmii: qui ẽ forma precepti. Inter hec aũt dilectissimi opa pietatis que nos deo magis magisq; cõmendãt: dubiũ nõ est: quin hostis nr̃ nocẽndi cupidus & peritus acrioribus inuidie stimulis incitet̃: ut quos apertis et cruẽtis ꝑsecutionibus ĩpugnare non sinit̃: sub falsa xp̃iani noĩs ꝓfessione corrũpat. habens hereticos huic opi seruientes: quos a catholica fide deuios sibiq; subiectos militare ĩ castris suis sub diuersis erroribus fecit. Et sicut decipiẽdis primis hoĩbus ministeriũ sibi ser/pentis assumpsit: ita eoꝝ linguas ad seducẽdũ eoꝝ animos ueneno sue falsitatis armauit. Sed iis ĩsidiis dilectissimi pa/storali sollicitudine ĩngẽtũ dñs auxiliat̃: occurrimus. Et ne quid de sancto grege pereat: precauẽtes paternis uos de/nũtiationibus admonemus: ut labia iniqua & lĩguã dolosam a quibus aĩam suã ꝓpheta liberari postulat declinetis. q̃m sermo eoꝝ sicut ait btũs apostolus: serpit ut cancer. humi/liter irrepũt: blande capiũt. molliter l'gãt. latenter occidũt. ueniũt eĩm sicut saluator predixit: sub uestitu ouiũ: intus autẽ sunt lupi rapaces. quia non possent ueras et simplices

oues fallere: nisi xp̄i noīe tegerēt rabiem bestialē. In iis aūt omnibus opatˀ qui cū sit uere illūiationis inimicus: ī lucis se angelum transfigurat. Huius arte Basilides buius Martiō callet ingeīo. boc duce agit Sabellius boc precipitatˀ recto re Photinus. buius potestatis fuit Eunomius. Tota deniq̄ bestiaꝝ taliū cobors boc ꝑside ab ecclesie unitate discessit. boc magr̄o a ueritate desciuit. Sed cū in cunctis puersita/tibus multiformē teneat pricipatū: arcē tn̄ sibi in māicheoꝝ struxit insania. & latissimā in eis aulā in qua se exultantius iactaret: inuenit. ubi non unius prauitatis speciem sed oīm simul errorū īpietatūq̄ mixturā generaliter possideret. qđ eīm in paganis ꝓphanū: qđ in iudeis carnalibus cecū: qđ in secretis magice artis illicitū: qđ deniq̄ ī omnibus heresibus sacrilegū atq̄ blasphemū est: boc in istos quasi in sentinam quādā cū oīm sordiū concretione cōfluxit. Vnde uniuersas eoꝝ īpietates ac turpitudines enarrare perlongū est. supat eīm uerboꝝ copiā criminū multitudo. ex quibus ad iudicā/dum pauca sufficiunt: ut de iis que audieritis: etiam illa que uerecūde pretermittimus: estimetis. De sacris tn̄ eorū que apud illos tā obscena sunt: q̄ nephāda: qđ inqsitiōi nr̄e dn̄s manifestari uoluit: nō tacemus: ne quisq̄ putet nos de bac re dubie fame. et icertis opīonibus credidisse. Residētibus itaq̄ mecū episcopis ac presbyteris ac in eūdem consessum xp̄ianis uiris ac nobilibus cōgregatis electos & electas eoꝝ iussimus presentari. q cū de puersitate dogmatis sui et de festiuitatū suarū consuetudine multa referarēt: illud quoq̄ scelus qđ eloqui uerecūdū est: ꝓdiderūt: qđ tanta diligētia inuestigatū est. ut nibil minus credulis nibil obtrectatori/bus relinqueretur ambiguū. Aderāt eīm omnes persone ꝑ quas nephādū facinus fuerat perpetratū. Puella scilicet ut multū decēnis et due mulieres que ipsam nutrierāt. et buic sceleri prepararāt. presto enim erat adolescentulus uitiator puelle & episcopus ipsoꝝ detestādi criminis ordinator. oīm par fuit borū et una confessio. & patefactū est execratū qđ aures nr̄e uix ferre potuerūt. De quo ne aptius loquentes

castos offendamus auditus/gestorum documēta sufficiūt: quibus plenissime docet̃: nullā in hac secta pudiciciā.nullā honestatē.nullā penitus reperiri castitatem. In qua lex est mendaciū. diabolus religio/sacrificium turpitudo.hos ideo dilectissimi p omnia execrabiles atq; pestiferos quos aliarū religionū pturbatio nobis ītulit crebriores: ab amicicia ura penitus abdicate. Vosq; precipue mulieres a talium noticia et colloquiis abstīete/ne dū fabulosis narratiōibus: īcautus delectat̃ auditus: in diaboli laqueos incidatis. Qui sciens qđ primū uirū mulieris ore seduxerit: & qđ p femineā credulitatē oēs hoīes a padisi felicitate deiecerit: uro nūc quoq; sexui securiore insidiat̃ astutia. ut eas quas sibi potuerit p mistros sue falsitatis illicere et fide spoliet. et pudore. Illud quoq; uos dilectissimi obsecrās moneo ut si cui urm īnotuit ubi habitēt: uel ubi frequētēt: et ī quoꝝ sotietate requescāt: nre sollicitudini fideliter īdicetis. quia prodest unicuiq; qđ ptegēte spiritu sancto/ab istis ipe non capit̃: sed cum alios capi intelligit/ipse non mouet̃. Contra oēs hostes p salute oīm una cōmunis debet esse uigilantia. ne alicuius membri uulnere/etiā alia possint mēbra corrumpi. & qui tales non pdendos putāt: in iudicio xpi īuenient̃ur rei de silētio: etiam si nō cōtamiānt̃ assensu. Assumite igit̃ religiose sollicitudīs piū zelū. et contra seuissimos hostes aīaꝝ oīm fideliū cura cōsurgat. Ideoq; eīm misericors deus/quandā nobis partem pdidit hoīm noxioꝝ. ut māifesto piculo excitaret̃ diligētia cautiōis/nō sufficiat: qđ actū est: sed eadē īqsitio pseueret: que hoc auxiliāte deo consequet̃: ut nō solū qui iecti sunt: incolumes pseuerēt: sed etiā multi/qui diabolica seductiōe decepti sunt: ab errore reuocent̃. Vestre autem orationes et elemosine atq; ieiunia misericordi deo p hanc ipsam deuotionē sacratius afferent̃: cū etiā hoc opus fidei ad omnia offitia pietatis accesserit. Quarta igit̃ et sexta feria ieiunemus. Sabbato aūt apud presentē beatissimū apostolū Petrū uigilias celebremus. Qui sicut experimur & credimus/ pro commendatis sibi ouibus indesinēter pastorales pretendit

excubias. exoratus deprecationibus suis ut ecclesia dei que ipsius est predicatiōibus instituta ab oī errore sit libera. Per Christum dominum nostrum. Amen.

## De ieiunio decimi mensis et de misericordie operibus eiusdem sermo sextus.

Evangelicis sanctionibus dilectissimi multū autoritatis prebet doctrina legalis cū quedā de mādato ueteri ad nouā obseruātiā trāsferunt. & ex ipsa ecclesiastica deuotiōe demōstrat qd dns Iesus Christus non uenit legē soluere: sed adiplere. Cessantibus eīm significationibus qbus saluatoris nostri nūtiabat aduētus: & pactis figuris quas abstulit ipsa presentia ueritatis: ea que uel ad regulas morū uel ad simplicē dei cultum ratio pietatis instituit: in eadem apud nos forma in qua sunt cōdita: pseuerāt. & que utriq testamēto erāt cōgrua: nulla sunt cōmutatione uariata. Ex iis autem est etiā decimi mēsis sollēne ieiuniū: qd a nobis nūc est ānua cōsuetudine celebrādū. quare plenū iusticie est atq pietatis grās agere diuine largitati pro fructibus: quos in usus hoīm secundū summe puidētie tēperamētū terra pduxit Quod ut pmpto aīo nos facere mōstremus. non solū continētiam ieiunii sed etiā elemosinarū curā oportet assumi. ut de terra quoq cordis nri germē iusticie & fructus caritatis oriatur. & misericordiā dei pauperum ipsius miserendo mereamur. Efficacissima enī est ad exorādū postulatio: cui pietatis opa suffragātur. Quoniā qui suū ab inope non auertit animum: cito ad se dñi cōuertit auditū. dicente dño. Estote misericordes. sicut et pr ur misericors est: Dimittite et dimittet uobis. Quid hac iusticia benignius? Quid hac retributione clemētius? ubi sentētia iudicaturi in potestate ponit iudicādi. Date īqt & dabit uobis. Quācito diffidētie sollicitudo et auaricie est āputata contatio: ut qd redditurā se pmittit ueritas: secura expēdat bōanitas. Cōstās esto xpiane largitor. Da quod accipias. Sere: qd metas. Sparge: qd colligas. Noli metuere dispendium. noli de dubio suspirare puentu.

Substātia tua cū bene erogatᷣ: augetᷣ. & cōcupiscere iustum mīę lucrū: ęterni quęstūs est sectari cōmertiū. Munerator tuus uult te esse munificū. Et qui dat: ut habeas: mādat: ut tribuas dicens. Date et dabitur uobis. Amplectēda est tibi ꝓmissionis istius gratulāda cōditio: quis enī nō habeas: nisi qđ acceperis: nō potes tu nō habere: qđ dederis. Qui ergo pecunias amat. & multiplicare opes suas immodicis optat augmētis: hoc potius sanctū fenus exerceat. & hac usurarū arte ditescat: ut nō hoīm laborātiū captet necessitates: ne ꝑ dolosa offitia laqueos incidat insolubiliū debitoꝝ. sed illius sit creditor q dicit: date & dabitᷣ uobis. & qua mēsura mēsi fueritis: eadē remetietᷣ uobis. Infidelis aūt et iniquus ē etiā sibi: qui quod estimat diligendū: nō uult habere perpetuū. Quātalibet adiiciat quātalibet cōdat: et cōgerat: īops ī hoc mūdo & egenus abscedit: dicēte Dauid ꝓpheta Quoniā cū interierit: nō accipiet oīa. neq; descendet cū eo gloria eius. quia si benignus esset aīmę suę: illi bona sua crederet: qui & idoneus fideiussor ē paupū: et largissimus redditor usuraꝝ. Sed iiusta & īpudēs auaricia quę benefitiū se dicit prestare cū decipit: nō credit deo ueraciter ꝓmittēti. & credit homi/ni trepide pacescenti. Dumq; certiora existimat presentia q̄ futura: merito ī hoc frequēter īcurrit: ut ei cupiditas iiusti lucri causa sit dāni. Vnde quilibet sequatᷣ euētus: mala semp ē ratio fenerātis: cui pecuniā & minuisse et auxisse peccatū est. ut aut miser sit amittēdo qđ dedit: aut miserior accipi/endo qđ non dedit. Fugienda ꝓrsus est iniquitas fenoris et lucrū qđ omni caret hūanitate uitandū est. Multiplicatur quidem facultas iniustis & tristibus incremētis: sed meritis substantia contabescit. qm̄ fenus pecunię funus est animę. Quid eīm de huiusmodi hoībus sentiat deus: sacratissimus ꝓpheta Dauid māifestat: qui cū diceret: Dn̄e qs habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in mōte sancto tuo: Responso diuinę uocis instruitur. et eū ad ęternā requiem pertinere cognoscit: qui īter alias pię cōuersatiōis regulas pecuniam suam non dedit ad usuram. et a tabernaculo dei

ostēdit alienus:et a sancto mōte eius extraneus:q dolosum questum de pecunie sue captat usuris. & dū p aliena cupit dāna ditari. eterna dignus est egestate puniri. Vos itaq dilectissimi qui ex toto corde promissionibus dñi credidistis: fugiētes auaricie leprā īmūdissimā:donis dei pie et sapiēter utimini. et qm̄ de ipsius largitate gaudetis:date operam ut possitis gaudiorū uro4 habere cōsortes. Multis enim que nobis suppetūt:desunt. & ī quorūdā īdigētia nobis materia data est diuine bonitatis imitāde. ut p uos et in alios diuina beneficia trāsirēt. & bene dispēsantes tēporalia acqreretis eterna. Quarta igit̄ et sexta feria ieiunemus. Sabbato autē apud beatissimū apostolū Petrū uigilemus. Cuius orōnibus nobis p omnia obtineatur diuina protectio. Per Christum dominum nostrū Amen.

De ieiunio decimi mensis et elemosinis eiusdem sermo septimus.

PResidia militie xp̄ianę dilectissimi sanctificandis mētibus nr̄is atq corporibus diuinitus īstituta.ideo cum dierū tēpo4q curriculis sine cessatiōe repant̄:ut īfirmitatū nr̄a4 ipsa nos medicina cōmoneat. natura quippe mutabilis & de peccati labe mortalis licet etiam iam redēpta & sacro baptismate sit renata:inqtū est passibilis: ītātū est ad deteriora pcliuis corrūpetq carnali desiderio. nisi spiritali muniret̄ auxilio. quia sicut illi nūq deest ūde corruat:ita semp presto est unde subsistat. dicēte apostolo:fidelis deus q uos non patiet̄ tēptari supra id qd̄ potestis. sed faciet pventū: ut possitis sustinere. Quāuis ergo dn̄s ptegat bellatores et milites suos ille q potēs ē ī prelio:cohortet̄. & dicat: Nolite timere:quia ego uici mūdum:sciēdū tn̄ est dilectissimi hoc īcitamēto formidinē sublatā esse:nō pugnā. & retuso aculeo timoris causam manere certaminis. Quod ab hoste uersuto terribiliter quidē furore psecutiōis mouet̄: Sed īnocētibus specie pacis infert̄. Vbi enim in apto sunt pugne:manifeste sunt & corone. Et hoc ipm̄ alit atq accendit patiētie fortitudinē. Quod sicut proxima est tribulatio ita est et uicina

ꝓmissio. cessantibus publicis impugnationibus impioꝝ. et a cędibus & suppliciis fideliū diabolo cōtinente ne pertinacia crudelitatū multiplicatio fieret triūphoꝝ uroꝝ: Fremit ad/uersarius. et cruētas inimicicias ad quietas cōuertit īsidias. ut quos uincere fame et gelu flāmis ferroq; nō poterat: ocio tabefaceret cupiditatibus irretiret. ābitione īflaret. uolup/tate corrumperet. Sed iis malis atq; aliis oībus destruendis habet acies xp̄iana potentes munitiones et arma uictricia: deo scilicet īstruēte milites suos ut spū ueritatis māsuetudo irā: largitas auariciā: benignitas extinguat īuidiā. cōmutāte enim dextra excelsi corda multorum: rediit in nouitatē ue/tustas. et de iniquitatis famulis mīstri ꝓdiere iusticię. Sub/egit luxuriā cōtinētia. humilitas arrogātiā ꝓpulsauit. & qui īpudicicia sorduerāt: castitate nituerūt. His aūt cōuersiōi/bus dilectissimi ꝓuidēte grā dei addita sunt sancta ieiunia: quę ī qbusdā diebus ac uniuersa ecclīa deuotionē obseruā/tię generalis exigerēt. Quāuis eīm pulchrū ē atq; laudabile ut singula quęq; mēbra corporis xp̄i ꝓpriis ornent offitiis: Excellētioris tn̄ est actionis sacratiorisq; uirtutis cū ī nr̄m ꝓpositū pię plebis corda cōcurrūt: ut ille cui sanctificatio nr̄a suppliciū est: nō solū a parte sed etiā a soliditate supet: Cui nūc ope dilectissimi decimus mēsis offert: ammonens quodāmodo ꝓ qualitate tēporis sui ne qsq̄ frigore infideli/tatis obtorpeat. sed potius caritatis spū cōualescat. Quoniā et p̄ ipsa elemēta mūdi tanq̄ per publicas paginas significa/tionē diuinę uolūtatis accepimus. Nec unq̄ cessat superna eruditio q̄n etiā de iis quę nobis famulant: ībuimur. Pręter illā nanq; apostolicā sentētiam qua homines fructu pietatis carētes/uacuis arboribus cōpant: etiā illa ficus nobis cauē/da ē: de qua infecūditatis exēplo: quā dn̄s Iesus sicut euan/geliū refert: nihil habentē quod esuriens sumeret: perpetua sterilitate dānauit. ut ītelligeremus q̄m qui ęsurientē non refouet egenū/illi denegat cibū. qui qd̄ paupi est datū. sibi dixit īpēsum. et huius maledictionis arbores erūt: quibus a iudicāte dicet: Discedite a me maledicti in ignē ęternū: quē

prępauit pr̃ meus diabolo et angelis eius. Esuriui eĩm & nõ dedistis mihi mãducare. Sitiui: et nõ dedisti mihi bibere & cętera. Quę ideo singula recolũt: ut aduertamus nõ futuꝝ extra mĩam: qui uel ꝑtem boꝝ opũ fuerit executus. Anima aũt neminẽ iuuãs erit arbor nõ habens poma: cũ totius fru/ctu pietatis ĩuenieť aliena. Decimi ergo mẽsis ieiuniũ qd est hyemalis temporis ad agriculturã nos mysticã uocat: qua segetũ & palmitũ atq; arboꝝ uires qbus hũana sustentatur ĩfirmitas spiritalibus studiis excolantur. ut dñicus ager suis diteť ĩpẽdiis. & quẽ nũq̃ expedit esse sine fructu: de ꝓpria fiat ubertate fęcũdior. quod utiq; ĩtelligit sanctitas ũra ad totius ecclię ꝑfectũ esse referẽdũ: quoꝝ in fide germẽ est ĩ spe incremẽtũ: in caritate natiuitas. qa castigatio corporis & instãtia orõnis tũc uerã obtinẽt puritatẽ: cũ elemosinarũ sanctificatiõe nitescũt dicẽte dño: date elemosinam & ecce oĩa mũda sunt uobis. Quarta igiť & sexta feria ieiunemus: Sabbato aũt apud beatissimũ Petrũ aplm̃ uigilias celebre/mus ĩpo pręstãte & adiuuãte qui cũ pr̃e & sancto spũ uiuit et regnat in sęcula sęculoꝝ. Amen. De ieiunio decimi mensis et elemosinis eiusdem sermo octauus.

Vm de aduẽtu regni dei & de mũdi fine ac tẽporum discipulos suos saluator instrueret totãq; ecclesiã suã in aplĩs suis erudiret: Cauete inquit ne grauenť corda ũra crapula et ębrietate et cogitationibus secularibus: quod u/tiq; pręceptũ dilectissimi ad nos spęcialius ꝑtinere cognos/cimus quibus denũtiatus dies etiã si ẽ occultus nõ dubitať esse uicinus. Ad cuius aduẽtũ oẽm hoĩem cõuenit pręparare quenq̃ aut uentri deditũ aut curis secularibus inueniat ĩplicatũ. Quotidiano eĩm dilectissimi expimẽto ꝓbať potus satietate aciẽ mẽtis obtũdi. ciboꝝ nimietate uigorẽ cordis hebetari. ita ut delectatio edẽdi etiam corpoꝝ cõtraria sit saluti: nisi ratio tẽꝑantię obsistat illecebrę. & qd futurũ est oneri subtrahat uoluptati. Quãuis enim sine aĩa nihil caro desideret. & ĩde accipiat sensus: ũde sumit & motus: Eiusdẽ

tn̄ est aīę quędā sibi subditę negare substātię: et interiori iu/
dicio ab īconuenientibus exteriora frenare. ut a corporeis
cupiditatibus sępius libera ī aula mētis possit diuinę uacare
sapientię. ubi oī strepitu silēte curarū meditatiōibus sanctis
et in deliciis lętet ęternis. qđ si in hac uita difficile est con/
tinuari: potest tamē frequēter assumi: ut sępius ac diutius
spiritalibus potius q̄ carnalibus occupet̄. Et cū melioribus
curis īpendimus maiores moras ad incorruptibiles diuitias
etiā tēporales transeūt actiones. Huius obseruātię utilitas
dilectissimi ī ecclīasticis est precipue cōstituta ieiuniis: quę
ex doctrina sancti spiritus ita per totius āni circulū distri/
buta sunt: ut lex abstinētię omnibus sit ascripta tēporibus.
Siqdē ieiuniū uernū ī quadragesima. ęstiuum ī pentecoste
autūnale ī mēse septimo hyemale aūt ī hoc qui ē decimus
celebramus: ītelligentes diuinis nihil uacuū esse preceptis.
& uer bo dei ad eruditionē nr̄am oīa elemēta seruire: dū p
ipsos mūdi cardies. quasi p quattuor euāgelia īcessabili tuba
discimus qđ et predicemus & agamus: dicēte ꝓpheta: Celi
enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius ānūciat firmamentū.
Dies diei eructat uerbū: et nox nocti indicat scientiā. Quid
est p qđ ueritas nobis nō loquat̄? Ipsius uoces in die ipsius
audiūtur in nocte. & pulchritudo rerum unius dei opificio
cō litarū nō desinit cordis auribus magrām insinuare rōnē.
ut inuisibilia dei p ea quę facta sunt: intellecta cōspiciātur.
et nō creaturis sed creatori omniū seruiat̄. Cum ergo uni/
uersa uitia p cōtinētiā destruāt̄: & qcqd auaricia sitit: qcqd
supbia ābit: qcqd luxuria cōcupiscit: huius uirtutis solidi/
tate supet̄. Quis non intelligat: q̄tū nobis p ieiunia cōferat̄:
In quibus nō incidit̄: ut nō solū a cibis sed etiā ab omnibus
carnalibus desideriis tēpet̄. Alioquin supfluū est suscipere
ęsuriem: et nunq̄ deponere uoluptatē. Reciso affligi cibo. et
a cōcepto nō resilire peccato. carnale ē nō spiritale ieiuniū.
ubi soli corpi non parcit̄: et in iis quę omnibus deliciis sunt
nocentiora permanet̄. Quid ꝓdest aīę foris agere quasi do/
minā et intus seruire captiuā? mēbris ꝓpriis īperare. & ius

ꝓprię libertatis amittere: Et merito plerūq; patiť famulam rebellātē quę nō reddit dño debitā seruitutē. Ieiunet ergo corpus ab escis. mēs ieiunet a uitiis. & curas cupiditatesq; terrenas regis sui lege diiudicet. Meminerit primā dilectionem deo secūdam debere ꝓximo. oēsq; affectus suos hac regula dirigendos: ut nec a cultu recedat dñi: nec ab utilitate cōserui. quo aūt deus colit. nisi ut qđ ipi placet. placeat et nobis? Nec ab eius iperio nr̄ unq̄ resultet affectus. qm̄ si hoc qđ ille uult uolumus: ab illo sumet infirmitas nr̄a uirtutē. a quo ipsam accepimus uolūtatē. Deus ē eīm sicut ait aplūs: qui opať ī nobis et uelle et pficere ꝓ bona uolūtate. nec supbia deniq; homo īflabiť. nec desꝑatiōe frāgeť: si bonis diuinitus datis in gloriā dantis utať. et ab iis desideria sua reuocet: quę sibi nocitura cognoscit. Abstinēs eñi ab inuidię malignitate. a luxurię dissolutione. a pturbatione iracūdię a cupiditate uīdcē. purificabiť ueri scificatiōe ieiunii & īcorruptibiliū deliciarū uoluptate pasceť. ut per usum spiritalē etiā terrenas copias in cęlestem nouerit transferre substātiā: nō sibi credēdo quę acceperit: sed magis magisq; multiplicādo quod dederit. Vnde paternę caritatis affectu dilectionē uīam monemus. ut ieiuniū decimi mēsis fructuosum nobis elemosinarū largitate faciatis: gaudētes qđ per uos dñs paupes suos pascit: et uestit. Quibus utiq; posset eas quas uobis contulit: tribuere facultates: nisi ꝓ ineffabili misericordia sua. & illos iustificare uellet de patiētia laboris: et nos de opere caritatis. Quarta igiť et sexta feria ieiunemus. Sabbato aūt apud beatissimum aplm̄ Petrum uigilias celebremus qui et orōnes et ieiunia & elemosinas nostras precibus suis dignabiť adiuuare prěstāte domino nr̄o Iesu Christo qui cum patre et sancto spiritu uiuit et regnat in secula seculorm Amen. LEO PAPA FLAVIANO CONSTANTINOPOLITANO EPISCOPO.

Dilectissimo filio Flauiano Leo. Lectis dilectionis tuę epistolis quas miramur fuisse tā seras & gestoꝶ epaliū

ordine recēsito tandē qd apud nos scādali cōtra īegritatē fidei exortum fuisset: agnouimus. & quę prius uidebantur occulta: nūc nobis reserata patuerunt. quibus Eutyches q presbyterii noīe honorabilis uidebatꝰ multū imprudens & nimis īperitus ostendit: ut etiam de ipso dictū sit a ꝓpheta: Noluit ītelligere: ut bene ageret: iniquitatē meditatus est in cubili suo. Quid aūt iniquius: q̄ impie sapere? Sed in hāc insipiētiā cadūt: qui cū ad cognoscēdā ueritatē aliquo īpediuntur obscuro obstaculo nō ad ꝓpheticas uoces non ad aplicas lrās nec ad euāgelicas autoritates: sed ad semetipos recurrunt. et ideo magrī erroris existūt: quia ueritatis discipuli non fuerunt. quā enim eruditionem de sacris noui & ueteris testamēti paginis acqsiuit. q ne ipsius qdē symboli initia cōprehendit. et qd per totū mūdū oīm regenerādoꝝ uoce depromit: istius adhuc senis corde nō capit. Nesciēs igiꝰ quid debēt de uerbi dei incarnatiōe sentire nec nolēs ad ꝓmerēdū lumē ītelligētię ī sanctarū scripturaꝝ latitudīe laborare illā saltē cōmunē et indiscretā cōfessionē sollicito recepisset auditu: quā fid aliū uniuersitas ꝓfitetur: credere se ī deū patrē oīpotentē & in Iesum xp̄m filiū eius unicum dn̄m nr̄m qui natus est de spiritu sancto ex maria uirgine. qbus tribus sententiis oīm fere hereticoꝝ machīe dissoluūt. Cum eñi deus et oīpotēs et pr̄ credit: cōsempiternus eidē filius demōstratur in nullo a pr̄e differens qa de deo deus de oīpotente oīpotens de ęterno natus est coeternus: non posterior tēpore: non īferior potestate. nō dissimilis gloria: nō diuisus essentia. Idem uero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus. natus est de spiritu sancto ex maria uirgine quę natiuitas tēpalis illi natiuitati diuinę & sempiternę nihil minuit nihil cōtulit: sed totā se rependo hōi qui erat deceptus īpēdit: ut et mortē uinceret: et ius diaboli q mortis habeat imperiū sua uirtute destrueret. Non enim nos supare possemus pecc̄i & mortis autorē: nisi naturā nr̄am ille susciperet: et suā faceret. quē nec peccatum cōtaminare nec mors potuit detinere. Conceptus quippe ē de spū sancto

ītra uterū uirginis mr̄is que illū ita salua uirginitate edidit: quēadmodū salua uirginitate cōcepit. Sed si de hoc xp̄iane fidei fonte purissimo sincerū intellectū haurire nō poterat: quia splēdorē perspicue ueritatis obcecatione sibi propria tenebrarat: doctrine se euāgelice subdidisset: dicēte Matheo. Liber generationis Iesu xp̄i filii Dauid filii Abraam: aplice quoq; predicationis expetisset instructū. legēs ī eplā ad romanos: Paulus seruus Iesu xp̄i uocatus apostolus segregatus in euāgeliū dei qđ ante p̄miserat per p̄phās suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid scđm carnē ad p̄pheticas quoq; pagīas piā sollicitudinē contulisset: & īueniret p̄missionē dei ad abraā dicētis. In semine tuo b̄ndicent̄ oēs gentes et ne de huius seminis p̄prietate dubitaret: secutus fuisset aplm̄ dicentem: Abrae dicte sunt p̄missiones et semini eius. non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno: et semini tuo quod est xp̄s. et Esaie quoq; predicationē interiore apprehēdisset auditu dicētis Ecce uirgo cōcipiet ī utero et pariet filiū & uocabit̄ nomē eius Emmanuel qđ ē īterp̄tatū nobiscū deus. Eiusdē quoq; p̄phē cū fideliter uerba legisset puer natus est nobis et filius datus ē nobis: cuius potestas sup humeros eius & uocabit̄ nomē eius magni cōsilii angelus. deus fortis. pater futuri seculi. princeps pacis: Nec frustratorie ita loquens uerbū diceret carnē factū: ut editus utero uirginis xp̄s haberet formam hoīs: et nō h̄ret materni corpis ueritatē. An forte ideo putauit dn̄m nr̄m Iesum xp̄m nō nr̄e esse nature quia missus ad btām uirginē Mariā Angelus ait Spūs scūs superueniet in te: et uirtus altissimi obūbrabit tibi ideoq; et qđ nascet̄ ex te sanctū uocabit̄ filius dei: et quia cōceptus uirginis diuini fuit opis nō de natura cōcipiētis fuerit caro cōcepti. Sed nō ita intelligēda ē illa generatio singulariter mirabilis et mirabiliter singularis: ut per nouitatē creatiōis p̄prietas remota sit generis. fecūditatē eīm uirgini spiritus dedit scūs. ueritas autē corpis sumpta est de corpe. et edificāte sibi sapiētia domū uerbū caro factū est: & habitauit ī

nobis hoc est in carne quã assumpsit ex hoĩe et quã spiritu uitę rõnabilis aĩauit. salua igĩt ꝓprietate utriusq; naturę & substantię ut in unã coeũte ꝑsonã suscepta est a maiestate humilitas: a uirtute ĩfirmitas ab ęternitate mortalitas. & ad resoluendũ cõditioĩs nrę debitũ natura ĩuiolabilis: naturę est unita passibili. ut qđ nrĩs remediis cõgruebat: unus atq; idẽ mediator dei et hoĩm homo xp̃us Iesus et mori posset ex uno: et resurgere posset ex altero. In ĩtegra ergo uerita-te hoĩs ꝑfectaq; natura uerus natus est deus: totus in suis: totus in nrĩs. nrã aũt dicimus: quę ĩ nobis ab initio creator condidit: & quę reparanda suscepit. Nam illa quę deceptor ĩtulit et homo deceptus admisit: nullũ habuerũt ĩ saluatore uestigiũ. nec quia cõmunionẽ hũanarũ subiit ĩnfirmitatũ: ideo nrõꝝ fuit ꝑticeps delictorum. Assumpsit formã serui sine sorde peccati. hũana augens. diuina nõ minuens. Quia exinanitio illa qua se ĩuisibilis uisibilẽ prębuit: & creator & dñs oĩm rerum unus uoluit esse mortalium: Inclinatio fuit miserationis: nõ defectio ꝑtãtis. Proĩde qui manẽs ĩ forma dei fecit hoĩem idem in forma serui factus est homo. Tenet ergo sine defectu ꝓprietatẽ suam utraq; natura. Et sicut formã serui dei forma nõ ademit: ita formã dei forma serui nõ minuit. Nam quia gloriabaĩ diabolus hoĩem sua fraude deceptũ diuinis caruisse muneribus: et immortalitatis dote nudatũ durã mortis subiisse sentẽtiã: seq; in malis suis qđdã de prędicatoris cõsortio ĩuenisse solatiũ. deũ quoq; iusti-cię exigẽte ratiõe erga hoĩem quẽ tãto honore cõdiderat: ꝓpriã mutasse sentẽtiã opus fuit secreti dispẽsatiõe cõsilii: ut ĩcõmutabilis deus cuius uolũtas nõ potest sua benigni-tate priuari: primã erga nos pietatis suę dispẽsatiõnẽ sacra-mẽto occultiore compleret. et homo diabolicę iniquitatis uersutia coactus ĩ culpã cõtra dei ꝓpositũ nõ ꝑiret. Ingre-ditur ergo mũdi infima filius dei de cęlesti sede descẽdẽs et a pr̃na gloria non recedens nouo ordine noua natiuitate generatus nouo ordine quia ĩuisibilis ĩ suis uisibilis factus est in nrĩs. incõprehẽsibilis uoluit cõprehendi. ante tẽpora

ęternus mar.ēs esse cepit ex tēpe. Vniuersitatis dn̄s seruilē
formā obūbrata maiestatis suę īmēsitate suscepit. īpassibilis
deus nō dedignatus est homo esse passibilis. & immortalis
mortis legibus subiacere. noua aūt natiuitate generatus qa
īuiolata uirginitas cōcupiscentiā nesciuit: carnis materiam
mīstrauit. assumpat est de mr̄e dn̄i natura nō culpa. nec in
dn̄o Iesu xp̄o ex utero uirginis genito quia natiuitas ē mi/
rabilis. ideo nr̄ę ē naturę dissimilis. Qui enī uerus ē deus idē
uerus ē homo. et nullū est ī hac unitate mēdaciū dū īuicē
sunt & hūilitas hoīs & altitudo deitatis sicut eīm deus nō
mutat̄ miseratiōe: ita homo nō cōsumit̄ dignitate. agit eīm
utraq; forma cū alterius cōmuniōe qđ ꝓpriū est uerbo sci/
licet coopāte qđ uerbi ē. et carne exequēte qđ carnis est.
unū horū coruscat miraculis. aliud succūbit iniuriis & sicut
uerbū ab ęqualitate pr̄nę glorię nō recedit: ita caro naturā
nr̄i generis nō relinqt. Vnus enī idēq; est qđ sępe dicēdū ē:
uere dei filius et uere hominis filius deus per id qđ ī prin/
cipio erat uerbū & uerbū erat apud deū: et deus erat uer/
bum. Homo: per id qđ uerbū caro factū est: et habitauit in
nobis. deus per id qđ oīa ꝑ ip̄m facta sunt: & sine ip̄o factū
est nihil. homo ꝑ id qđ factus ē ex muliere factus sub lege.
natiuitas carnis māifestatio est hūanę naturę. ꝑtus uirginis
diuinę est uirtutis indiciū. īfantia ꝑuuli ostēdit̄ in hūilitate
cunarū. Magnitudo altissimi declarat̄ uocibus angelorum.
Similis est rudimētis hoīm: quē Herodes īpius molit̄ occi/
dere. Sed dn̄s ē oīm: quē magi gaudēt suppliciter adorare.
Iam cū ad p̄cui soris sui Iohānis baptismū uenit: ne lateret: q̄
carnis uelamīe diuinitas tegeret̄ uox pr̄is de cęlo intonans
dixit: hic est filius meus dilectus: in quo mihi bn̄ cōplacui.
quem itaq; sicut hoīem diabolica tēptat astutia: eidē sicut
deo āgelica famulant̄ offitia. esurire. sitire. lassescere atq; dor/
mire euidēter hūanū est. Sed de quīq; pāibus quinq; milia
hoīm satiare: et largiri Samaritanę aquā uiuā cuius haustus
bibēti pręstitit: ne ultra iā sitiat: supra dorsū maris plātis nō
subsidētibus āmbulare: et elatioēs fluctuū īcrepata tēpestate

consternere: sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo ut multa preteream: non eiusdem nature est flere miserationis affectum Lazarum amicum mortuum: et eundem remoto quatriduane aggere sepulture ad uocis imperium excitare rediuiuum: aut in ligno pendere & in noctem luce conuersa omnia elementa tremefacere: aut clauis transfixum esse: et paradisi portas fidei latronis aperire: ita non eiusdē nature est dicere ego et pater unum sumus: et dicere: pater maior me est. Quis eīm in dn̄o Iesu xp̄o dei et hominis una persona sit: aliud tamē est unde in utroq̄ coīs est contumelia: aliud unde coīs est gloria. de nostro eīm illi minor est patre hūanitas. sed de p̄re illi est equalis cū patre diuinitas. Propter hāc ergo unitatē p̄sone in utraq̄ natura ītelligēdā et filius hoīs legit̄ descēdisse de celo cū filius dei carnē de ea uirgine de qua est natus: assumpsit. Et rursus filius dei crucifixus dicitur: ac sepultus: cū hec nō in diuinitate ip̄a qua unigenitus consempiternus et consubstantialis est patri sed in nature humane sit īfirmitate perpessus. Vnde unigenitum filium dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur: secundū illud apostoli: Si enim cognouissent nunq̄ dominum maiestatis crucifixissent. Cum autem ipse dominus noster atq̄ saluator fidē discipulorum suis interrogationibus erudiret: Quem inquiens esse dicunt homines filium hominis: Cumq̄ illi diuersas aliorū opiniones retexuissent: Vos autem inquit quem me esse dicitis. Me utiq̄ q sum filius hominis et quem in forma serui atq̄ in ueritate carnis aspicitis quem me esse dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus inspiratus et confessione sua omnibus gentibus profuturus: Tu es īquit Christus filius dei uiui. Nec immerito beatus pronūtiatus ē a dn̄o & a principali petra soliditatē et uirtutis traxit et nominis. q per reuelationem p̄ris eundem et dei filiū confessus est: et Christum. Quia unum horū sine altero receptū nō proderat ad salutem. Et equalis erat periculi dominum Iesum Christum aut deum tantummodo sine homine aut sine deo solum hominem credidisse.

Post resurrectionem uero domini quę utiq̧ ueri hominis fuit: quia nō alter est resuscitatus: q̄ qui fuerat crucifixus: et mortuus: Quid aliud quadraginta dierꝫ mora gestum est: q̄ ut fidei nostrę integritas: ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis: et cohabitans atq̧ conuescens & pertractari se diligenti curiosoq̧ contactu ab eis quos dubietas pstringebat admittens: ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat: et flatu suo dabat spm̄ scm̄: et donato lumine intelligentię sanctarꝫ scripturarꝫ occulta pandebat: et rursum idem uulnus lateris fixuras clauorꝫ & oīa recentissimę passionis signa monstrabat dicens: Videte manus meas: et pedes meos: qa ego sum. Palpate & uidete quia spūs carnem & ossa nō habet: sicut me uidetis habere: ut agnosceretur in eo proprietas diuinę humanęq̧ naturę indiuidua permanere. et ita sciremus uerbum nō hoc esse: quod carnē: ut unū dei filium cōfiteremur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimiū ęstimādus ē uacuus: qui naturam nostram ī unigenito dei nec per humilitatem mortalitatis: nec per gloriam resurrectionis agnouit. Nec sententiam beati Apostoli & euangelistę Iohannis expauit dicētis: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex deo est. et omnis spiritus qui soluit Iesum Christum ex deo non est. et hi sunt Antichristi. Quid est autem soluere Iesum: nisi hūanam ab eo separare naturam? sacramentūq̧ per qd̄ unum saluati sumus: impudentissimis euacuare figmentis? Calligans ergo circa naturā corporis Christi necesse est: ut etiam in passione eius eadem obcęcatione desipat. Nam si crucem domini non putat falsam et susceptum pro mundi salute supplicium uerum fuisse non dubitat: cuius credit mortem: agnoscat & carnem: nec diffiteatur nostri corporis hominem: quem cognoscit fuisse passibilem. Quoniam negatio uerę carnis negatio est etiam corporeę passiōis. Si ergo Christianā suscepit fidem et a prędicatione euangelii suum nō auertit auditū: uideat quę natura transfixa clauis pependerit in crucis ligno: et

aperto per militis lanceam latere crucifixi: intelligat unde sanguis & aq̄ fluxerit: ut ecclesia dei & lauacro regeneret̄ et poculo. audiat beatum Petrum Apostolum prędicātem quod sanctificatio spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi nec trāsitorie legat eiusdē Apostoli uerba dicētis: Scientes quod nō corruptibilibus argento & auro redēpti estis de uana uestra conuersatione paternę traditionis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Beati quoq; Iohānis Apostoli testimonio non resistat dicētis Et sanguis Iesu Christi filii dei emūdat uos ab omni peccato. et iterū: Hęc est uictoria quę uicit mundum fides nostra & quis est autem qui uincit mūdum: nisi qui credit quoniā Iesus est filius dei. Hic est qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus non in aqua solum sed in aqua & sanguine. et spūs est q testificatur qm̄ Christus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant spūs aqua & sanguis & ii tres unū sunt. Spūs utiq; scificationis et aqua baptismatis & sanguis redemptionis quę tria unum sunt. et indiuidua manēt: nil eorū a sui cōnexione seiungit: quia Catholica Ecclesia hac fide uiuit: hac pficit: ut in dn̄o Iesu Christo. nec sine uera diuinitate credatur humanitas: nec sine uera credatur humanitate diuinitas. cum autē ad interlocutionē examinis uri Eutyches respondent dicēs: Cōfiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante adunationē. post adunationē uero unā naturam confiteor. Miror tam absurdā tanq; puersam eius professiōem nulla iudicantium increpatione reprębensam et sermonem nimis insipientem nimisq; blasphemū ita omissum q̄si nihil quod offenderet: esset auditum. Cum tā impie duarum naturarū ante incarnationem unigenitus dei filius fuisse dicatur: q̄m nepharie postq̄ uerbū caro factū est natura in eo singularis asserit. Quod nec Eutyches ideo uel recte uel tolerabiliter ęstimet dictum: quia nulla sententia uestra cōfutatum est: sollicitudinis tuę diligentiā cōmonētes hortamur carissime frater: ut si per inspirationem mię dei ad satisfactionē causa

perducitur: imprudentia hois imperiti etiam ab hac sensus sui prauitate per te purgetur. Qui quidem sicut gestorum ordo patefecit: bene cparat a sua persuasione discedere: cum uestra sententia coartatus profiteret se dicere quod ante non dixerat. et ei fidei acquiescere cuius prius fuisset alienus. Sed cũ anathematizando impio dogmati noluisset prebere consensum: intellexit eum fraternitas uestra in sua manere perfidia. Dignumq; esse qui iudiciũ condemnatiõis exciperet. De quo si fideliter atq; utiliter dolet: et q̃ recte mota sit episcopalis autoritas uel sero cognoscit: uel si ad satisfactionum plenitudinẽ oĩa que ab eo mala sunt sensa: uiua uoce & presenti subscriptione damnauerit: Non erit reprehẽsibilis erga correctũ q̃ntacunq; miseratio. quia dñs nr̃ bonus & uerus pastor qui aĩam suam ponit pro ouibus suis & qui uenit animas hoĩm saluare nõ pdere: imitatores nos uult esse sue pietatis. ut peccatores quidẽ iusticia co/herceat. conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim fructuosissime demum fides uera defenditur: quando etiã a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem uero hanc causam pie & fideliter consequendam fratrem nr̃m Iulianum Episcopum & Renatum presbyterũ tituli sancti Clemẽtis sed et filiũ meum Hilarium Diaconẽ uice nostra direximus quibus Dulcicium notarium nostrũ cuius fides nobis est sepe pbata sotiauimus cõfidentes adfuturũ diuinitatis auxilium ut is qui errauerat damnata sensus sui prauitate saluet. Datũ Id̃ Iunii Asterio & Protogene. cõss.

## De natale domini eiusdem sermo primus.

SAluator nr̃ dilectissimi hodie natus est gaudeamus. Neq; eĩm locũ est fas esse tristicie ubi natalis est uite. Que cõsumpto mortalitatis timore nobis igerit de pmissa eternitate leticiã. Nullus ab huius alacritatis pticipatione secernitur. una cũctis leticie communis est ratio: quia dñs nr̃ peccati mortisq; destructor sicut nullũ a reatu liberum repperit: ita pro liberãdis omnibus uenit. Exultet sanctus

quia ꝑpinquat ad palmam. Gaudeat peccator: qa inuitatur ad ueniam. Animetur gentilis: quia uocatur ad uitam. dei nanq; filius scd̃m plenitudinem temporis quā diuini cōsilii inscrutabilis altitudo disposuit: reconciliandam autori suo naturā generis assumpsit hūani. ut īuentor mortis diabolus per ipsam qua uicerat: naturam uinceretur. ī quo conflictu pro nobis inito magno & mirabili ęqtatis iure certatū est: dum omnipotens dominus cum sęuissimo hoste non in sua maiestate: sed in nostra congreditur humilitate. obiiciens eandem formam eandēq; naturam mortalitatis quidem nr̄ę participem: sed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac natiuitate est: quod de oīb9 legitur: nemo mundus a sorde: nec infans unius diei: cuius uita est super terram. Nihil ergo in istam singularem natiuitatem de carnis con/cupiscentia transiuit. nihil de peccati lege manauit. Virgo regia Dauidicę stirpis eligitur: quę sacro grauidanda fętu diuinā humanāq; prolem prius concepit mente: q̄ corpore. et ne superni ignara consilii ad insuitatos paueret affatus quod ī ea operandum erat a spiritu sancto colloquio discit angelico. nec damnum credit pudoris dei genitrix mox futura. Cur enim de cōceptionis nouitate desperet: cuius efficiētia de altissimi uirtute promittit̄. confirmat̄ credētis fides etiam prceūtis attestatione miraculi. Donatur q; He/lisabeth inopinata fęcunditas. ut qui conceptum dederat sterili: daturus non dubitaretur & uirgini. Verbum igit̄ dei deus filius dei: qui in principio erat apud deum: per quem facta sunt oīa: et sine quo factū est nihil: ꝑpter liberandum hoīem ab ęterna morte factus est homo. ita se ad suscepti/onem hūilitatis nr̄ę sine diminutiōe suę maiestatis inclinās: ut manens quod erat: assumensq; qd̄ non erat: ueram serui formam ei formę ī qua deo pr̄i est ęqualis uniret. Et tanto fędere naturam utranq; confereret: ut nec inferiorem con/sumeret glorificatio. nec superiorem minueret assumptio. Salua igit̄ ꝓprietate utriusq; substantię: et in unam coeūte personam: suscipitur a maiestate humilitas. ab ęternitate

mortalitas. et ad rependendum nr̄e conditionis debitum : natura inuiolabilis nature est unita passibili. Deusq̨ uerus et homo uerus in unitatem domini temperatur: ut qđ nr̄is remediis congruebat: unus atq̨ idem dei hoīmq̨ mediator et mori posset ex uno: et resurgere posset ex altro. Merito igitur uirginee integritati nihil corruptionis itulit partus salutis: q̄a custodia fuit pudoris editio ueritatis. Talis igit̄ dilectissimi natiuitas decuit dei uirtutem & dei sapientiam Christum: qua nobis & hūilitate congrueret: et diuinitate p̄celleret. Nisi enim esset uerus deus: nō afferret remediū. nisi eēt homo uerus: non p̄beret exemplū. Ab exultātibus ergo angelis nascente dn̄o gloria ī excelsis deo canitur: et pax in terra bone uoluntatis hoībus nūtiatur. Vident enim celestem hierusalem ex oībus gentibus mundi fabricari de quo inenarrabili diuine pietatis opere q̄ntum letari debet humilitas hoīm: cum tantum gaudeat sublimitas angelorum?

Agamus ergo dilectissimi gr̄as deo patri per filium eius in spiritu sc̄o: qui p̄pter multam caritatē suam q̄ dilexit nos misertus est nr̄i. et cum essemus mortui peccatis: conuiuificauit nos Christo: ut essemus in ipso noua creatura. nouūq̨ figmentū. Deponamus ergo ueterē hoīem cū actibus suis. et adepti p̄ticipationē generatiōis Xp̄i: carnis renūtiemus operibus. Agnosce o Christiane dignitatē tuam. et diuine consors factus nature noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione redire. Memēto cuius capitis & cuius corporis sis mēbrum. remiscere q̨ erutus de potestate tenebrarum trāslatus es ī dei lumē & regnū. Per baptismatis sacramētū sp̄us sc̄i factus es templū. Noli tantū habitatorem prauis a te actibus effugare: et diabolice iterū subiicere seruituti. q̄a preciū tuū sanguis ē Christi: q̨ ueritate te iudicabit. q̄ mia te redemit. q̄ cū p̄re & sp̄ū sc̄o regnat in secula seculorum. A.

De natale domini eiusdem sermo. II.

Exultemus in dn̄o dilectissimi et spiritali iucunditate letemur: quia illuxit nobis dies redemptionis noue

reparationis antiquę. felicitatis ęternę: reparat enim nobis salutis nr̄e ān̄ua reuolutiōe sacram̄tū ab initio ꝓmissum sine fine mansurū. in quo dignū est nos erectis sursum cordibus diuinū adorare mysterium. ut qđ magno dei munere agit: magnis ecclesię gaudiis celebremus. Deus eīm oīpotens et clemens cuius natura bonitas: cuius uolūtas potētia: cuius opus mīa est: statī ut nos diabolica malignitas ueneno suę mortificauit inuidię: p̄destinata renouandis mortalibus suę pietatis remedia inter ipsa mundi primordia prẹsignauit. denuntians serpenti futuꝝ semē mulieris: qđ noxii capitis elationem sua uirtute contereret. Christum scilicet ī carne uenturꝫ deum hoīemq; signās q natus ex uirgine uiolatorē hūanę ꝓpaginis īcorrupta natiuitate damnaret. Nam quia gloriabat̄ diabolus sua fraude deceptum hominem diuinis caruisse muneribus: & īmortalitatis dote nudatū durā mortis subiisse sentētiā: seq; in malis suis qđdam de ꝑuaricatiōis consortio inuenisse solatium: deum quoq; iuste seueritatis exigente rōne erga hoīem quē in tanto honore cōdiderat: antiquam mutasse sentētiam: opus fuit dilectissimi secreti dispensatione consilii. ut incōmutabilis deus cuius uolūtas non potest sua benignitate priuari: primā pietatis suę dispositionē sacramento occulti ore cōpleret. et homo diabolicę iniquitatis uersutia coactus in culpam cōtra dei ꝓpositum non periret. Aduenīētibus ergo tēporibus dilectissimi quę redemptioni hoīum fuerant p̄stituta: ingreditur hec infima Iesus Christus dn̄s nr̄ de cęlesti sede descendens & a pr̄na gloria nō recedēs. nouo ordine noua natiuitate generatus. Nouo ordine qa inuisibilis ī suis uisibilis factus est in nr̄is. incōprehēsibilis uoluit cōphendi. ante tēpora manēs esse cepit ex tempore. Vniuersitatis dn̄s seruilē formā obūbrata maiestatis suę dignitate suscepit. Impassibilis deus non dedignatus ē homo esse passibilis. et īmortalis mortis legibus subiacere. Noua aūt natiuitate generatus: qa conceptus a uirgine natus ex uirgine sine pr̄ne carnis cōcupiscētia sine materne integritatis iniuria quia futurū hoīem saluatorem

tu q solus es? Dñs Dauid fcūs est filius Dauid. et de ꝓmissi
generis fructu ꝓles est orta sine uitio ī unā ꝑsonā gemina
cōueniēte natura. ut eodē cōceptu eodēq3 ꝑtu gigneretur
dñs nr̄ Iesus Christus cui & uera iesset deitas: ad miracula
opeꝝ: et uera hūanitas ad tolerantiā passionū. fides igit' ca/
tholica dilectissimi oblatrantiū hereticoꝝ spnat errores. q
mūdanę sapiētię uanitate decepti a ueritatis euāgelio recess/
serunt. et īcarnationē uerbi ītelligere nō ualentes: de causa
illuīatiōis fecerūt sibi materiā cęcitatis. Nam oīm fere falsa
credentiū opiniōibus quę etiā in spūs scī negationē ꝓruūt:
retractatis: neminē pene deuiasse cognoscimus: nisi q duaꝝ
in Christo naturaꝝ ueritatē sub unius ꝑsonę cōfessiōe non
credidit. Alii eteīm dño solā hūanitatē alii solam ascripsere
deitatē. Alii uerā qdem ī ipso diuinitatē: sed carnē dixerūt
fuisse simulatā. Alii ꝓfessi sunt uerā eū suscepisse carnē. sed
dei p̄ris nō habuisse naturā. et deitati eius quę erat hūanę
substātię deputātes maiorē sibi deū minorēq3 finxerūt cum
gradus in uera diuinitate esse nō possint. Quoniā qcqd deo
minus ē: deus nō est. Alii cognoscētes p̄ris & filii nullā esse
distātiā qa nō poterāt ueritatē deitatis ītelligere: nisi i uni/
tate ꝑsonę eundē asseruerūt esse p̄rem quē filiū: ut nasci &
nutriri & pati mori sepeliri et resurgere ad eūdē ꝑtineret:
q ꝑ oīa et hoīs ꝑsonā impleret: et uerbi. Quidā putauerunt
dñm Iesum Christum nō nr̄ę substātię corpus habuisse: sed
ab elemētis supioribus ac subtilioribus sumptū. Quidā aūt
ęstimauerunt ī carne Christi aīam hūanā non habitasse. nec
fuisse: sed ptes aīę ipsam uerbi īplesse deitatē. Quorundam

imprudentia in hoc transiit: ut animam qdem fuisse in dño fateretur: sed eandē diceret mēte caruisse: qa sufficeret hoī sua deitas ad oīa rōnis officia. Postremo iidē asserere pre/sumpserūt: ptem q̄ndā uerbi in carne fuisse cōuersam. et in unius dogmatis uarietate multiplici non carnis tantū aīeq natura sed etiā ipsius uerbi solueret eēntia. Multa sunt et alia ꝓdigia falsitatū qbus enumerādis caritatis ure nō est fatigādus auditus. sed post diuersas īpietates que sibiīuicē sunt multiformiū blasphemiaꝝ cognatione connexe de iis potissimū erroribus declinādis obseruantiā ure deuotionis admoneo. quoꝝ unus dudū Nestorio autore consurgere nō īpune tēptauit. Alius nup pari execratione dānandus Eutyche assertore ꝓrupit. Nā ille beatam Mariā uirgīem tm̄modo ausus est hoīs p̄dicare genitricē: ut in cōceptu & ptu nulla uerbi & carnis fcā unio crederet. Quia dei filius nō ipse fcūs est hoīs filius; sed creato hoī sola se dignatiōe sotiauit. Quod catholice aures nequaq̄ tolerare potuerūt: que sic euāgelio ueritatis ībute sunt: ut firmissime nouerīt nullā esse hūano generi spem salutis: nisi ipse eēt filius uir/gīs: q creator ē mr̄is. Hic aūt recētioris sacrilegii ꝓphanus assertor unitionē qdē in Christo duaꝝ cōfessus ē naturaꝝ. sed ipsa unitiōe id dixit effectū: ut ex duabus una remane/ret: nullatenus alterius exn̄te substantia: que utraq finiri nisi aut cōsumptiōe aut sepatiōe nō posset. Hec uero tam inimica sunt sane fidei ut nequeāt recipi sine excidio noīs Christiāi. Si eīm uerbi īcarnatio diuīe hūaneq nature est: sed hoc ipso cōcursu qd̄ erat geminū fcm̄ ē singulare: sola diuinitas utero uirginis nata est. et p ludificatoriā speciem subiit nutrimēta ac īcremēta corporea utq omīs mutabili/tates hūane conditionis omittā: sola diuinitas mortua sola diuinitas est sepulta: ut iā scd̄m talia sentiētes sperāde re/surrectionis nulla sit rō. nec sit primogenitus ex mortuis xp̄us: qa nō fuit: qui deberet resuscitari: si nō fuit: q posset occidi. Absint a cordibus uris dilectissimi diabolicaꝝ īspi/rationū uirulēta mēdacia. et sciētes q sēpiterna filii deitas

nullo apud patrem creauit augmẽto: prudẽter aduertite;
qđ cui naturę ĩ Adã dcm̃ eſt: terra es; et ĩ terrã ibis: eidem
in xp̃o dicit̃: ſede a dextris meis. Scd̃m illã naturã q̃ Xp̃us
eſt: ꝑq̃lis eſt pr̃i. nunq̃ inferior fuit unigenitus ſublimitate
geĩtoris. nec tẽpalis eſt ei cum pr̃e gloria: que eſt ipſa pr̃is
dextera: de q̃ ĩ exodo dicit̃: Dextera tua dñe glorificata ẽ
ĩ uirtute. et ĩ Eſaia: Dñe qs credit auditui nr̃o? Et brachiũ
dñi cui reuelatũ eſt? Aſſumptus igit̃ homo in filiũ dei ſic in
unitatẽ pſonę xp̃i ab ipſis corpalibus ẽ receptus exordiis:
ut nec ſine deitate cõceptus ſit: nec ſñ deitate ędituſ: nec
ſine deitate nutritus. idẽ erat ĩ miraculis. idẽ ĩ cõtumeliis.
per hũanã infirmitatẽ crucifixus. mortuus. et ſepultus. per
diuinã uirtutẽ die tertia ſuſcitatus aſcendit ad cęlos. ſedet
ad dexterã dei pr̃is. et ĩ natura hoĩs accepit a pr̃e: qđ ĩ na/
tura deitatis etiã ipſe donauit. Hoc dilectiſſimi pio corde
meditãtes aplici ſemp memores eſtote p̃cepti: q uniuerſos
admonet dicẽs: Videte ne qs uos decipiat p phĩam & ĩanẽ
fallaciã ſcd̃m traditionẽ hoĩm. et nõ ſcd̃m Chriſtũ. qa ĩ ip̃o
habitat oĩs pleĩtudo diuĩtatis corpalr̃: ut uerã ĩtelligamus
ſubãm carnis: ubi ẽ pleĩtudo diuĩtatis inhabitatio corpalis.
Qua utiq; tota etiam repletur Eccleſia quę inhęrens capiti
corpus eſt xp̃i. Qui uiuit & regnat ĩ ſęcula ſęculoꝝ. Amen.

## De nativitate eiusdem sermo nonus.

EXcedit qdẽ dilectiſſimi multũq; ſupemĩet hũani eloqi
facultatẽ diuini opis magnitudo: et ĩñ orit̃ difficultas
fandi: unde eſt rõ nõ tacẽdi: qa in xp̃o Ieſu filio dei nõ ſolũ
ad diuinã eẽntiã ſed etiã ad hũanam ſpectat naturã. Quod
dcm̃ ẽ p Prophetã: Generationẽ eius qs enarrabit? Vtrãq;
eĩm ſubãm ĩ unã cõueĩſſe pſonã niſi fides credat: ſermo nõ
explicat. et ideo nũq̃ materia deficit laudis. qa nũq̃ ſufficit
copia laudatoris. Gaudeamus igit̃ q ad eloquendũ tm̃ miſ
ſacramtũ ĩpares ſumus. et cũ ſalutis nr̃ę altitudinẽ pmere
nõ ualeamus: ſentiamus nobis bonũ eẽ: qđ uĩcimur. Nemo
eĩm ad cognitionẽ ueritatis magis ppinq̃t: q̃ q intelligit in

rebus diuinis etiam si multum pficiat: semp sibi supesse qd querat. Nā si se ad id iqd tēdit: pueisse psumit: nō quęsita repit: sed i iqsitiōe deficit. Ne aūt ifirmitatis nrę pturbe/mur āgustiis. euāgelicę nos & pphetice adiuuāt uoces: q/bus ita accendimur: et docemur: ut nos natiuitatē dn̄i qua uerbū caro fcm̄ ē: nō tā pterita recolere: q̄ pn̄te uideamur inspicere. Quod eīm pastoribus p gregū suoꝝ custodia ui/gilātibus nūtiauit angelus etiā nr̄m ipleuit auditū. et ideo dn̄icis ouibus psumus: qa uerba diuitus ędita cordis aure reseruamus. tanq̄ & i bodierna festiuitate dicat̄: Ecce ego euāgelizo uobis gaudiū magnū: qd erit ōni populo: qa na/tus ē nobis bodie Saluator q est xp̄s dn̄s i ciuitate Dauid cuius pdicatiōis summitati exultatio inumerabiliū iungit̄ āgeloꝝ: ut excelsiētius fieret testimoniū: cui militie cęlestis multitudo cōcineret āgeloꝝ. i bonorem dei una bn̄dictiōe dn̄tiū: Gloria i excelsis deo & i terra pax bōibus bone uo/lūtatis. dei ergo gloria ē ex mr̄e uirgīe xp̄i nascētis īfātia. et repatio būani generis merito in laudē sui refert̄ autoris qa & ipi beatę Marię missus a deo Gabriel āgelus dixerat: Sp̄s scūs supueiet i te: et uirtus altissimi obūbrabit tibi. ideoq; & qd nascet̄ ex te scm̄ uocabitur filius dei. In terra aūt illa pax cōcedit̄: quę boīes efficit bonę uolūtatis. Quo eīm sp̄ū de itemeratę mr̄is uisceribus nascit̄ xp̄us: boc de scē Ecclesię utero renascit̄ Christiāus. Cui uera pax ē a dei uolūtate nō diuidi: nō dubitet & iis solis quę deus diligit: delectari. Natalē igit̄ dilectissimi diē dn̄i celebrātes qui ex oībus pteritoꝝ temporꝝ diebus electus est: licet dispēsatio actuū corpaliū sicut ęterni cōsilii fuerat pordiata trāsierit: totaq; redēptoris būilitas i gloriā ęternę maiestatis euecta sit: ut in noīe Iesu ōne genu flectat̄ cęlestiū terrestriū & in/fernoꝝ & oīs ligua cōfiteat̄. qa dn̄s Iesus i gloria ē dei pr̄is idesinēter tn̄ illū ptum salutiferę uirgīs adoramus: et illam uerbi & carnis idissolubilē copulā nō minus suscipimus i p/sepe iacētē: q̄ i throno pr̄ne altitudīs cōsidētē. Immutabilis eīm deitas q̄uis mira semetipsā & claritatē et potētiā con/

tineret: non tñ ideo non erat infecta nafcẽti: quia humano
afpectu nõ patebat. ut ꝑ ueri hoĩs inufitata primordia ille
agnofceret geĩtus: q Regis Dauid & dñs eẽt et filius. Ipfe
eĩm ꝓphetico fpũ cãtat dicens: Dixit dñs dño meo fede a
dextris meis. Quo teftimonio ficut Euãgeliũ refert: cõfu/
tata ẽ ĩpietas Iudeoꝝ. Nã cũ Iefu ĩterrogãte Iudeos: Cuius
filiũ dicerẽt xp̃m: rñdiffet Dauid: cõfeftim dñs cecitatẽ il/
loꝝ arguẽs ait: Quomõ ergo Dauid ĩ fpũ uocat eũ dñm di/
cẽs: Dixit dñs dño meo fede a dextris meis? Interclufiftis
uobis Iudei ĩtelligẽtie uiã. Et dũ folã naturã carnis ĩfpicitis
tota uos ueritatis luce priuaftis. Expectãtes eĩm fcd̃m ur̃e
ꝑfuafiõis fabulofa figmẽta Dauid filiũ de fola ftirpe corpea
dũ fpem ur̃am ĩ hoĩe tm̃ cõftituiftis: deũ dei filiũ repuliftis
ut qđ nobis cõfiteri gloriofũ ẽ: uobis ꝓdeffe nõ poffit. Nã
et nos ĩterrogati cuius filius fit xp̃s: uoce Apl̃i confitemur
qđ fcũs ẽ ex femĩe Dauid fcd̃m carnẽ. et de ĩitio euãgelice
p̃dicatiõis ĩftruimur legẽtes liber generatiõis Iefu Chrifti
filii Dauid. fed ideo a ur̃a ĩpietate difcernimur: qa quẽ ex
ꝓgenie Dauid hoĩem nouimus natũ: eundẽ fcd̃m qđ uerbũ
caro fcm̃ ẽ: deũ deo pr̃i credimus coeternũ. unde fi teneres
o Ifrael tui noĩs dignitatẽ & ꝓphẽcas denũtiatiões nõ ob/
cecato corde ꝑcurreres: Efaias tibi euãgelicã pãderet ue/
ritatẽ: et nõ furdus audires diuĩa ĩfpiratiõe dñtẽ: Ecce uir/
go cõcipiet in utero: et ꝑiet filiũ & uocabit̃ nomẽ eius Em/
manuel qđ ẽ nobifcũ deus. quẽ fi ĩ tãta ꝓprietate facri noĩs
nõ uidebas: ĩ dauitica faltẽ uoce didiciffes: ne cõtra teftifi/
cationẽ noui & ueteris teftamẽti Iefũ xp̃m Dauid filiũ de/
negares: quẽ Dauid dñm nõ fateris. Quaꝓpter dilectiffimi
ꝑ ieffabilẽ gr̃am dei Ecclefia gẽtiũ cõfecuta ẽ qđ carnaliũ
Iudeoꝝ Synagoga nõ meruit. dñte Dauid: Notũ fecit dñs
falutare fuũ ĩ cõfpectu gẽtiũ reuelauit iufticiã fuã. et Efaia
fimilr̃ p̃dicante populus q fedebat in tenebris uidit lucem
magnã: q habitãt ĩ regiõe ũbre mortis lux orta ẽ eis. et iteꝝ
Gẽtes que te nõ nouer̃t: ĩuocabũt te. et populi q te nefcie/
rũt: ad te cõfugiẽt. Exultemus ĩ die falutis nr̃e. et ꝑ nouũ

testamētum in consortiū eius assumpti cui dicit a pr̄e: filius meus es tu: ego hodie genui te: postula a me et dabo tibi gētes hereditatē tuā & possessionē tuā termīos terrę: ī ad/ optātis nos mīa gloriemur. Quia sicut Aplūs ait: Nō acce/ pistis spm̄ seruitutis ī tiomore sed accepistis spm̄ adoptiōis filiorꝝ ī quo clamamus abba pr̄: dignū eīm ē atqꝫ coueniēs: ut testatus pr̄s uolūtas ab adoptiōis filiis ipleat̄ dn̄te Aplō: Si cōpatimur & glorificabimur sicut būilitatis xp̄i cōpti/ cipes q sunt futuri glorię cohęredes. honoret̄ ī īfancia sua dn̄s. nec ad deitatis reseruant̄ iniuriā exordia & incremēta corpea. Quoniā naturę incōmutabili nec addidit aliqd nr̄a natura: nec minuit. Sed q ī similitudinē carnis peccati dig/ natus est hoībus eē cōformis: ī unitate deitatis pr̄i pmanet eq̄lis. Cū quo & spū scō uiuit et regnat ī secula seculorꝝ. A.

## De nativitate domini eiusdem sermo. XVI.

Sepe ut nostis: dilectissimi de excellētissima festiuitatis hodiernę sollemnitate offitiū uobis sermonis salutaris impendimus. Nec ambigimus ita cordibus nostris diuinę pietatis resplēduisse uirtutē: ut qd̄ uobis fide ē īsitū: id sit etiā ītelligētia comp̄hēsum. Sed qa dn̄i Saluatorisqꝫ nati/ uitas non solū scd̄m deitatē de pr̄e: sed etiā scd̄m carnē de mr̄e: ita facultatē būani excedit eloqī: ut merito ad utrūqꝫ referat̄ qd̄ dcm̄ ē. Generationē eius qs enarrabit? ī eo eīm ipo qd̄ digne nō pōt explicari: semp exuberat rō differen/ di. Nō qa liberꝝ sit diuersa sentire: sed qa dignitati materię nulla pōt ligua sufficere. Magnitudo igit̄ sacramti ī salutē būani generis an̄ secula ęterna dispositi in seculorꝝ fine re/ serati itegritati suę nec auferri aliqd patitur: nec augeri. et sicut ꝓpria nō amittit: ita aliena nō recipit. Sed multi opi/ nionū suarꝝ seq̄ces & qd̄ mūdū itellexert̄ patiores docere q̄ discere: sicut ait Aplūs: Circa fidē naufragauerūt. quorꝝ prauas cōpugnātesqꝫ sentētias breui significatiōe pstrigā: ut errorꝝ tenebris a ueritatis luce discretis & religiose ho/ noret̄ bn̄fitia diuīa: & sciēter caueāt̄ būana mēdacia. Quidā

eīm ex documētis natiuitatis dñi nr̄i Iesu Christi que eum uer̄ hoīs filiū demr̄abāt: nihil ipm̄ āplius q̄ hoīs filium credebāt. nō putātes ipsi ascribēdā eē deitatē: quē & primordia īfantie & īcrementa corpea & passionū usq̄ ad crucem mortēq̄ cōditio nō dissimilē ceteris mortalibus approbassent. Alii uero uirtutū admiratiōe pmoti & origīs nouitatē et dcōr̄ fcōr̄q̄ potētiā ad diuinā itelligētes ptiere naturā: nihil illi putauerīt nr̄e īesse subē. totūq̄ illud qd corpee fuit actiōis & forme aut de sublimioris generis pdiisse materia: aut simulatā carnis spēm babuisse. ut uidētiū & tāgētiū sensus ludificatoria imagīe falleret. Fuit aūt ī qbusdam errātibus etiā illa psuasio: q̄ conarenī asserere ex ipsa uerbi subā qddā ī carne fuisse cōuersū. natūq̄ Iesū ex Maria uirgīe nihil materne babuisse nature. Sed qd erat deus & qd erat bomo: utrūq̄ ad id ptinuisse: qd uerbū ē: ut scilicet in xp̄o et p diuersitatē subē falsa fuerit būanitas & p defectū mutabilitatis nō uera diuītas. Has ergo dilectissimi aliasq̄ īpietates diabolica īspiratiōe cōceptas & ī multor̄ noxā p uasa pditiōis effusas olim catholica fides cuius deus magr̄ est: et auxiliator obtriuit: exbortāte & īstruēte nos spū scō p legis testificationē: p uaticinia pphetar̄: et p Euāgelicam tubā aplicamq̄ doctrinā: ut cōstanter intelligēterq̄ credamus: qa sicut ait Iobānes: Verbū caro fcm̄ ē: et babitauit ī nobis. In nobis utiq̄ quos uerbi sibi diuītas cooptauit. cuius caro deutero uirgīs sumpta nos sumus: que si de nr̄o .i. uere būana nō eēt: uerbū caro fcm̄ nō bitasset in nobis. In nobis aūt bītauit: q natūrā nr̄i corpis suā fecit. edificāte sibi sapīa domū nō de q̄cūq̄ materia sed de subā pprie nr̄a: cuius assumptio ē maīfesta cū dcm̄ ē: uerbū caro fcm̄ est: et bītauit ī nobis. Huic aūt sacratissime assertiōi & btī Pauli Apl̄i doctrina cōcordat dn̄tis: uidete ne qs uos decipiat p pbīam & īanē fallaciā scdm̄ traditionē boīm. scdm̄ elemēta mūdi. et nō scdm̄ xp̄m. qa ī xp̄o bītat oīs pleītudo diuītatis corpalr̄ & estis repleti ī illo. Totū igr̄ corpus īplet tota diuītas. et sicut nihil deest illius maiestatis cuius bītatione

repletur habitaculum: sic nihil deest corpis: quod non suo
habitatore sit plenum. Quod aūt dictum est: et estis repleti
in illo: nostra utiq; significata ē natura: ad quos illa repletio
non pertineret: nisi dei uerbum nostri sibi generis & aīam
et corpus unisset. Agnoscendum sane dilectissimi et toto
corde est confitendum: qđ hęc generatio: qua uerbum et
caro id est deus & homo unus dei filius unusq; xp̄s efficit:
supra omnem originem hūanę creatiōis excellit. Nec eīm
aut Adę de limo terrę formatio: aut Euę de uiri carne plas/
matio: aut cęterorꝝ hominum de utriusq; sexus ꝑmixtione
cōditio: Iesu Christi potest ortui compari. genuit Abraam
senex diuię ꝓmissiōis heredē. et trāsgressa fęcūditatis ānos
sterilis Sarra concepit. Iacob dilectus est a deo anq̄ natus.
et p̄ueniente gr̄a uolūtarias actiones ab hispida congeniti
fr̄is aspitate discretus ē. Hieremie dicit̄: Priusq̄ te formarē
in utero: noui te: et anq̄ exires de uulua: scīficaui te. Anna
diu fęcūditatis aliena Samuelē Prophām quē deo offerret
enixa ē: ut & ꝑtu clara eēt: et uoto. Zacharias sacerdos de
Helisabeth sterili scām suscepit prolem: et p̄cursor Christi
futurus Iohānes spm̄ ꝓphīcum intra uiscera mr̄is accepit.
et mūdū ęditus puer genitricē dn̄i signo clausę exultatiōis
ondit. Magna hęc oīa. et diuinorꝝ operū plena sunt mira/
culis. Sed hoc ipso īmoderatius stupēda quo plura. natiui/
tas eīm dn̄i nr̄i Iesu Christi oēm ītelligētiā supat. et cūcta
exēpla trāscēdit. Nec pōt ullis esse cōpabilis: quę est inter
oīa singularis. Electę nanq; uirgini de semine Abrahę ac de
radice Iessę ꝑ propheticas uoces & ꝑ mystica signa ꝓmissę
denūtiat̄ ab archāgelo sine dāno pudoris beata fęcūditas.
sacrā uirgintatē nec cōceptu uiolatura nec ꝑtu. supueni/
ente qppe ī eā spū scō & altissime obūbrāte uirtute īcom/
mutabile dei uerbū de incontaminato corpore habitū sibi
hūanę carnis assumpsit. quę et nullū cōtagiū de cōcupiscē/
tia carnis traheret: et nihil eorū quę ad aīę corpisq; naturā
ptinēt: nō haberet. recedāt itaq; ꝓcul et ī tenebras suas eāt
hereticarꝝ monstra opinionū. et insanarꝝ sacrilegia falsitatū.

Nos exultans in laudes dei cęlestiũ multitudo et instructi ab ãgelis docuere pastores: ut cognitis utriusq; naturę do/ cumẽtis et uerbum in Christo hominem & Christũ hoĩem adoremus in uerbo. Nam si ut Apostolus ait: Qui adheret deo unus spiritus est: quantomagis uerbum caro factum unus est Christus? ubi nihil est alterius naturę quod nõ sit utriusq;. Non ergo infirmemur in cõsiliis misericordię dei quę nos et ĩnocentię reformat: et uitę. nec q̃a in Saluatore nostro manifeste cognoscimus geminę signa naturę aut in gloria dei de ueritate carnis aut in humilitate hominis de deitatis maiestate dubitemus. Idem ẽ in forma dei: q̃ formã recepit serui. Idem est incorporeus manẽs & corpus assu/ mens. Idem in sua uirtute inuiolabilis: & in nostra ĩfirmitate passibilis. Idem est a p̃re non diuisus throno: et ab ĩpiis crucifixus in ligno. Idem est sup cęlorũ altitudines uictor mortis ascẽdens & usq; ad cõsummationẽ sęculi uniuersam Ecclesiam non relinquens. Idem postremo est qui in eadem qua ascendit carne uenturus sicut iudicium sustinuit impi/ orum: ita iudicaturus est de omnium actione mortalium. Vnde ne plurimis testimoniis immoremur: unum sufficit ex euãgelio: beati Iohannes adhiberi quo ipse dominus nr̃ hoc dicit. Amen amen dico uobis: quia uenit hora: et nunc est: quando mortui audiẽt uocem filii dei: & qui audierint: uiuent. Sicut eĩm pater habet uitam in semetipso: sic dedit et filio uitam habere in semetipso. & potestatẽ dedit ei iu/ dicium facere: q̃a filius hominis est. Ergo sub una sententia ostendit q̃a filius dei atq; filius hominis est. Vnde apparet quemadmodum Christum dominum in unitate p̃sonę cre/ dere debeamus: qui cum sit filius dei per quẽ facti sumus: etiam filius hominis per assumptiõem carnis est factus. ut moreretur sicut ait Apostolus. Propter delicta nostra: et resurgeret propter iustificationem nostram Hec confessio dilectissimi nullas inuenit cõtradictiões. nullis cedit erro/ ribus. Agnoscimus eĩm misericordiã dei ab initio ꝓmissam: et ante sęcula pręparatã. per quã solam resolui captiuitatis

humanę uincula potuerūt. qbus primum hoīem omnemqꝫ eius posteritatem malesuadus autor peccati obstrinxerat. et propaginē dediticiā originali sibi prẹiudicio uēdicabat. Quia igitur iustificandis hoībus hoc prīcipaliter opitulatꝰ: quod unigenitus dei et filius hominis esse dignatus est: ut homousion prī deus id est unius substātię idē homo uerus et secundum carnē matri consubstantialis existeret: utroqꝫ gaudeamus: qa non nisi utroqꝫ saluamur. In nullo diuidētes uisibilem ab inuisibili: corporeum ab īcorporeo: passibilē ab impassibili: palpabilē ab īpalpabili: formā serui a forma dei. Quia & si unum manet ab ęternitate: aliud cępit a tempore quę tamen in unitatē cōuenerūt. nec separatiōem possunt habere. nec finem. dum exultans & exultatus glorificans et glorificatus ita sibimet inhęserunt: ut siue in omnipotentia siue in cōtumelia nec diuina in xp̄o careāt hūanis nec humana diuinis. Hec credentes dilectissimi ueri xp̄ani sumus ueri Israhelite. et in cōsortiū filioꝝ dei ueraciter adoptati. Quia et oīs sancti qui saluatoris nostri tēpora p̄cesserunt per hāc fidem iustificati: & ꝑ hoc sacramētum Christi sunt corpus effecti. expectātes uniuersalē credētium redemptionem in semine Abrahę. de quo dicit Aplūs. Abrahę dictę sunt repromissiōes & semini eius. Nō dicit in seīnibus eius. quasi ī multis. sed quasi in uno. & semini tuo qđ est Xp̄us. Propter qđ Mattheus euāgelista ut ꝓmissionē ad Abraam factam ōnderet in Xp̄o esse cōpletā: generationū ordinem percucurrit. & in quo oībus gentibus disposita fuisset bn̄dictio demōstrauit. Lucas quoqꝫ euāgelista ab ipso domini artu seriem generis sui sursum uersus retexuit: ut etiā illa secula quę diluuiū p̄uenerūt huic sacramēto doceret esse cōnexa. omīsqꝫ ab īitio successionū gradus ad eū ī quo uno esset salus oīm: tetendisse. Non igitꝰ dubitandū est. qa p̄ter xp̄m non est aliud nomē sub cęlo datum hoībus. ī quo nos oporteat saluos fieri. Qui cum prę et spū sancto ęqualis in trinitate uiuit et regnat in secula seculorum.

## De epiphania domini eiusdem sermo primus.

CElebrato proximo die quo intemerata uirginitas humani generis ędidit Saluatorem: Epiphanie nobis dilectissimi ueneranda festiuitas dat perseuerantiam gaudiorum. ut inter cognatarũ sollemnitatũ uicina sacramẽta exultatiõis uigor et feruor fidei non tepescat. Ad omniũ eĩm hoĩm spectat salutẽ, qđ infantia Saluatoris ac mediatoris dei et hominum iam uniuerso declararetᷣ mũdo cum adhuc exiguo detineretᷣ oppidulo. Quãuis eĩm Israheliticã gentem et ipsius gentis unam familiam delegisset: de qua naturã humanitatis assumeret: noluit tamen intra materne habitationis angustias ortus sui latere primordia. sed mox ab omnibus uoluit agnosci: qui dignatus est oĩbus nasci. Tribus igitur Magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit: quę illustrior cęteris. pulchriorq́ sideribus facile in se intuentiũ oculos animosq́ conuerteret: ut confestim aduerteretur non esse ociosum: quod tam insolitum uidebatur. Dedit ergo aspicientibus ĩtellectum q̱ prestitit signum: et qđ fecit intelligi: fecit inquiri. & se ĩueniendum obtulit inqsitus. Sequuntᷣ tres uiri supni luminis ductum: et preuii fulgoris iuditium intẽta contẽplatiõe comitãtes ad agnitionem ueritatis gratię splendore ducuntur. Qui humano sensu signatum sibi regis ortum ęstimauerunt in ciuitate regia esse quęrendũ: Sed q̱ serui susceperat formã et non iudicare uenerat: sed iudicari: Bethleem pręelegit natiuitati, Hierosolymam passioni. Herodes autẽ audiens Iudęorum prĩcipem natum, successorẽ suspicatus expauit. et molitus necẽ, salutis autori falsum spospondit obsequm. Quã felix foret: si magorũ imitaretur fidem: & cõuerteret ad religionẽ: quod disponebat ad fraudem? O cęca stultę ęmulationis impietas quid perturbandum putas diuinum tuo furore consilium? Dominus mũdi tẽporale non quęrit regnum: qui pręstat ęternum. Quid incommutabilem dispositaꝝ rerũ ordinẽ uertere: & alienũ facinus pręoccupare

conaris? mors Christi non est temporis tui. ante cōdendū est euāgeliū. ante predicādum est dei regnū. ante sanitates donandę sunt. ante sunt faciēda miracula. Cur quod alieni futurum est operis: tui esse uis criminis? & non habiturus effectum sceleris: in solum te reatum: precipitas uolūtatis? Nihil hac molitione proficis. nihil peragis. Qui uoluntate natus est: arbitrii sui potestate morietur. Consummāt ergo Magi desiderium suum. et ad puerum dominum nostrum Iesum Christum eadē stella preeunte perueniūt. Adorant in carne uerbū. in infantia sapiētiā. in infirmitate uirtutem. in hōis ueritate dñm maiestatis. Utq; sacramentū fidei suę intelligētięq; manifestent: qd cordibus credūt: muneribus ptestātur. Thus deo: myrrham homini: aurū offerunt regi. scilicet diuinam hūanamq; naturam in unitate uenerantes. Reuersis autem magis in regionem suam: translatoq; Iesu in Egyptum ex ammonitione diuina exardescit frustrata medicatiōibus suis Herodis insania: necari oīs Bethleem paruulos iubet. & qm̄ quem metuat: nescit infantem: generalem sentētiam in suspectam sibi tendit etatem Sed quos impius Rex exēmit mundo: Christus inserit cęlo. & qbus mundū sanguinis sui impēdit redemptionem: iam martyrii tribuit dignitatem. Erigite igitur dilectissimi fideles aīmos ad coruscantem gratiā luminis sempiterni. & impensa saluti humane gratię sacramēta uenerantes studium uestrum iis: que pro uobis gesta sunt subdite. diligite castimonię puritatem: quia Christus uirginitatis est filius. abstinete uos a carnalibus desideriis: quę militāt aduersus animam: quemadmodum nos presens beatus Apostolus suis ut legimus: uerbis hortatur. Malicia puuli estote. qa dominus glorię mortalium se conformauit infantię. Sectamini hūilitatem: quam dei filius discipulos suos docere dignatus est. iduite uos uirtutem patientię: in qua animas uestras possitis acquirere. qm̄ q cunctorū est redemptio: ip̄e est oīm fortitudo. Quę sursum sunt sapite: non quę super terrā per uiam ueritatis et uitę constanter incedite. ne uos impediat terrena

quibus sunt parata cęlestia. Per dominum nostrum Iesum Christū. qui uiuit & regnat in sęccula sęculorꝝ. Amen.

## De epiphania domini eiusdem sermo .II.

GAudete in domino dilectissimi iterum dico gaudete. quia breui interuallo temporis post sollemnitatē natiuitatis Christi festiuitas declarationis eius illuxit. et quē in illo die uirgo peperit: in hoc mundus agnouit. Verbum enim caro factū sic susceptiōis nostrę temperauit exordia: ut natus Iesus et credentibus manifestus et persequētibus esset occultus. Iam tunc cęli enarrauerunt gloriā dei et in omnē terrā sonus ueritatis exiuit: qn̄ et pastoribus exercitus angelorum Saluatoris ęditi annūciator apparuit. et Magos ad eum adorandū pręuia stella perduxit: ut a solis ortu usq; ad occasum ueri Regis generatio coruscaret. cū rerū fidē & regna oriētis p Magos discerēt: et Romanū Imperiū non lateret. Nam et sęuicia Herodis uolens primordia suspecti sibi Regis extinguere: huic dispositioni nesciens seruiebat. ut dū atroci intentus facinori ignotum sibi puerum īdiscreta infantium cęde persequitur: annuntiatum cęlitus dn̄atoris ortū īsignior ubiq; fama loqueret. quam promptiorem ad narrādum diligentioreq; faciebat: et supernę signationis nouitas. et cruentissimi psequutoris impietas. Tunc autem ęgypto Saluator illatus est: ut gens antiquis erroribus dedita iam uicina ad salutē per occultā gratiam signaretur. et quę nondum eiecerat ab animo superstitiōem: iam hospitio r̄ciperet ueritatē. Merito igitur dilectissimi dies iste ma[illegible]estati[illegible] dn̄i cōsecratus spēalem in toto mundo obtinuit dignitatem: quę in cordibus nr̄is: digno debet splendore clarescere: ut rerū gestarꝝ ordinē non solū credendo sed etiā intelligendo ueneremur. Quātā enim gratiarum actionem debeamus domino pro illuminatione gentiū: pbat obcęcatio Iudęorū. Quid eīm tam cęcū quid tam lucis alienum q̄ illi sacerdotes et scribę Israelitarum fuerūt. qui percōtantibus Magis et Herode querēte

ubi Christus scdm scripturarum testimonium nasceretur: hoc respõderunt de prophetico eloquio: quod indicabat stella de celo: que utique poterat Magos Herosolymis preter/missis usque ad cunabula pueri: sicut postmodum fecit: sua significatione perducere: nisi ad confutandam Iudeorum duritiam pertinuisset: ut nõ solum ductu sideris: sed etiam ipsorum ꝓfessione innotesceret natiuitas Saluatoris. Iam ergo ad eruditionem gentiũ propheticus sermo transibat. et prenuntiatum miraculis antiquis Christum alienigenarũ corda discebant: cum Iudeorum infidelitas ueritatem ore proferret: et mendatium corde retineret. Noluerunt eĩm agnoscere oculis quem de sacris indicabãt libris. ut quem non adorabãt in infantie infirmitate humilem: postea cru/cifigerent ĩ uirtutis sublimitate fulgentem. Que ista Iudei tam imperita in uobis scientia est: tam indocta doctrina? Interrogati ubi Christus nasceret: ueraciter & memoriter dicitis: qđ legistis: in Bethleem Iude. Sic eĩm scriptũ est per Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda non es minima in principibus Iuda. ex te enim exiet Dux: q regat populum meum Israel. Hunc principem natum lõginque orientaliũ gentium nationes, insolito noui sideris splẽdore didicerũt. Et ne de loco editi Regis ãbigerẽt: uestra eruditio ꝓdidit: quod stella nõ docuit. Cur uobis uiã quã aliis aperitis: ob/struitis? Cur in uestra ĩfidelitate residet dubium: quod ex uestra fit responsiõe mãifestum? Locũ natiuitatis de scrip/turarum testimonio demõstratis: ꝑntiam temporis de celi et terre attestatiõe cognoscitis. et tam ubi ad ꝑsequẽdum animus Herodis exarsit: ibi ad non credendũ uester sensus obduruit. Felicior ergo ignorantia infantum: quos perse/quutor occidit: q̃ uestra scientia: quos in sua perturbatiõe consuluit. uos noluistis regnũ eius recipere: cuius opidum potuistis ostendere. Illi potuerunt pro eo mori: quem non poterant profiteri. Ita Christus ut nullum tempus ei esset absque miraculo: ante usum lĩgue potestatẽ uerbi exercebat: et quasi iam diceret: Sinite paruulos uenirẽ ad me: taliũ est

enim regnum cęlorum: Noua gloria coronabat infantes: et de initiis suis paruulorum primordia cōsecrabat. ut disce/retur neminem hominum diuini incapacem esse sacramēti: quādo etiā illa ętas glorię esset apta martyrii. Agnoscamus ergo dilectissimi in Magis adoratoribus Christi uocatiōis nostrę fideiq; primicias & exultantibus animis beatę spei initia celebremus. Exinde enim in ęternam hereditatem cępimus introire. Exinde nobis Christum loquentiū scrip/turarum arcana patuerūt. & ueritas quā Iudeorum obcęcatio non recepit: omnibus natiōibus lumē suū innexit. honoretur itaq; a nobis sacratissimus dies: in quo salutis nostrę autor apparuit: et quē Magi infantē uenerati sunt in cunabulis: nos omnipotentē adoremus ī celis. & sicut illi de thesauris suis mysticas domino numerum species obtulerunt: Ita et nos de cordibus nostris quę deo sunt digna: promamus. Quannis enim omnium bonorū sit ipse largitor: etiam nrē tamen fructum querit industrię. Non eīm dormientibus prouenit regnū cęlorū. sed in mandatis dei laborantibus. atq; uigilantibus. ut si dona illius irrita non fecerimus: per ea quę dedit: mereamur accipere qđ pmisit. Vnde cohor/tamur dilectionem uestram: ut abstinentes uos ab omni opere malo quę sunt casta & iusta sectemini. Filii enim lucis abiicere debent opera tenebrarum. Itaq; odia declinate. mēdacia abiicite. superbiā humilitate destruite. auariciam largitate delete. Decet enim, ut capiti sua membra conue/niant. ut pmissarū benedictionū mereamur esse cōsortes. Per dominum nostrum Iesum Christum qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De epiphania domini eiusdem sermo .iii.

Quanuis sciam dilectissimi q; scitatem urām hodiernę festiuitatis causa non lateat: eamq; secūdum consue/tudinē euangelicus uobis sermo reserauerit: tamen ut nri nihil desit officii: loq de eodem qđ dñs donauerit: audebo ut in communi gaudio tanto religiosior sit omnium pietas

quanto magis omnibus fuerit intellecta sollemnitas ꝓui-
dentia namq; misericordię dei dispositum habens pereunti
mundo in nouissimis tēporibus subuenire: saluatiōem oīm
gentium prefiniuit in Christo: ut qa cunctas natiões a ueri
dei cultu impius dudum error auerterat: et ipse peculiaris
populus Israel ab institutis legalibus pene totus exciderat
conclusis omnibus sub peccato oīm misereretur. Deficiente
enim ubiq; iusticia & toto mūdo in uana et maligna ꝓlapso
nisi iudiciū suū diuina potestas differret: uniuersitas hoīm
sentētiam damnationis exciperet. Sed in indulgentiam ira
translata est et ut clarior fieret exercendę grę magnitudo
tunc placuit abolēdis peccatis hoīm sacramētum rmissiōis
afferri: qn̄ nemo poterat de suis meritis gloriari. Huius aūt
ineffabilis misericordię manifestatio facta est Herode apd
Iudęos ius regium tenente: ubi legitima regum successiōe
cessante et Pontificum potestate destructa alienigena ob-
tinuerat pricipatum: ut ueri Regis ortus illius prophetię
probaret uoce: quę dixerat: non deficiet princeps ex Iuda:
neq; Dux de femoribus eius: donec ueniat cui repositū est
regnum. et ipse erit expectatio gentium. De qbus quondā
beatissimo patriarchę Abrae innūerabilis fuerat ꝓmissa suc-
cessio non carnis semine sed fidei fęcunditate generanda. et
ideo stellarum multitudini comparata: ut ab omni gētium
patre nō terrena sed cęlesti ꝓgenies speraret. Ad creādam
ergo ꝓmissam posteritatem heredis in sideribus designati
ortu noui sideris excitantur: ut in quo cęli adhibitū fuerat
testimonium: cęli famularetur obsequm. commonet Magos
remotioris oriētis habitatores stellis cęteris stella fulgen-
tior. et de mirandi luīnis claritate uiri ad hec spectāda non
inscii magnitudinē sanctificationis intelligunt. agente hoc
sine dubio in eoꝝ cordibus inspiratiōe diuina: ut eos tantę
uisiōis mysteriū non lateret. & quod oculis ostendebatur
insolitum: aīmis non esset obscurum. deniq; offitium suum
cum religiōe disponunt. & his se instruunt donis: ut adora-
turi unū tria se simul credidisse demōstrēt. auro honorātes

personam regiam. myrrha hūanam. thure diuinam. Ingrediuntur eīm Iudaici regni precipuam ciuitatem. et in urbe regia ostēdi sibi postulant puerum: quem ad regēdum sibi dedicerant procreatum. Conturbat: Herodes. timet saluti sue. metuit potestati. ēquirit a sacerdotibus et doctoribus legis quid de ortu Christi scriptura predixerit. ī noticiam uenit quod fuerat prophetatum. ueritas illuīnat Magos. Infidelitas obcecat magistros. Carnalis Israel non intelligit: quod legit. non uidet quod ostendit. utitur paginis quarum non credit eloquiis. ubi est Iudee glorificatio tua? ubi de Abraam patre ducta nobilitas. Nonne circuncisio tua preputium facta est? Ecce maior seruis minori. et alienigenis in sortē hereditatis tue ītrantibus eius testamēti qđ in sola līa tenes: recitatione famularis. intret. intret in Pr̄iarcharū familiā gentiū plenitudo. & bñdictionem in semine Abrae qua se filii carnis abdicant: filii pmissiōis accipiant. Adorēt in tribus magis uniuersi populi uniuersitatis autorē. et nō in Iudea tātum deus sed in toto orbe sit notus. ut ubiqz in Israel sit magnum nomen eius. Quoniā hanc electi generis dignitatem sicut īfidelitas in suis posteris cōuincit esse degenerem. ita fides omnibus facit esse communem. Adorato autem domino magi & omni deuotiōe completa secundū ammonitionē somnii non eodem quo uenerant itinere reuertuntur. Oportebat enim ut iam in Christum credentes non per antiquas conuersationis semitas ambularent: sed nouam ingressi uiam ab relictis erroribus abstinerent. Tum ut etiam Herodis uacuarentur insidie: q in puerum Iesum impietatem doli per simulatiōem disponebat officii. Vnde quia spes istius erat soluta commēti: in maiorem furiā iracundia regis ardescit: nam recolēs tempus qđ īdicauerant magi: in oms Bethleem pueros rabiē crudelitatis effundit. et cede generali uniuerse ciuitatis illius in eternam gloriam transituram trucidat infantiam. estimans fore ut nullo illic paruulo non occiso occideretur et Christus. At ille q sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in aliam

differret etatem: egypto se parentum ministerio subiectus intulerat. repetes scilicet Hebree gentis antiqua cunabula. et principatum ueri Ioseph maioris prouidentie potestate disponens. ut illam diriorem omni inedia famem qua egyptiorum mentes ueritatis inopia laborabant: ueniēs de celo panis uite et cibus rōnis auferret. nec sine illa regiōe pararetur singularis hostie sacramētum. in qua primū occisione agni salutiferū signū crucis & pascha dñi fuerat pformatū. His igitur dilectissimi grē mysteriis eruditi diē primiciarū nostrarum & uocationis gētium inchoationem rationabili gaudio celebremus. grās agētes misericordi deo q dignos nos fecit sicut ait Apostolus in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filii dilectionis sue. Quoniam sicut prophetauit Esaias: Gentium populus q sedebat ī tenebris: uidit lucem magnam: & qui habitabāt in regiōe umbre mortis: lux orta est eis: de qbus idem dicit ad dominum: Gentes que te non nouerunt: inuocabunt te. & populi qui te nesciebant: ad te confugiēt. Hunc diem Abraam uidit & gauisus est. cū bñdicēdos fidei sue filios ī semine suo qđ ē Christus agnouit: et omnium se futurum gentium patrem credēdo pspexit: dans gloriā deo & plenissime sciens qm̄ q̄cq̄ promisit potēs est facere. hūc diem Dauid canebat in psalmis dicēs. Oms gentes quascunq fecisti uenient: et adorabunt corā te dñe. et glorificabunt nomē tuum. Et illud: notum fecit dominus salutare suum. ante conspectū gētium reuelauit iusticiā suam q utiq exinde fieri nouimus: ex quo tres magos de longinquitate sue regionis excecatos ad cognoscendum et ad adorandū Regem celi et terre stella produxit. et recte intuētibus quottidie apparere non desinit. & si potuit notum facere Christum in īfantia latentē quātomagis potest eundem manifestare in maiestate regnantem? Cuius utiq famulatus ad formam nos sui obsequii hortat: ut huic grē qua omnes inuitantur ad Christum quātum possumus seruiamus Quicunq enim in Ecclesia pie uiuit & caste: qui ea

quę sursum sunt sapit: non quę supra terram: cęlestis quodammodo instar est luminis. et dum ipse sanctę uitę nitorem seruat: multis uiam ad dominum quasi stella demonstrat. In quo studio omnes dilectissimi uobis inuicem prodesse debetis: ut in regno dei ad quod recta fide & bonis operibus peruenit: sicut lucis filii splēdeatis. Per Christum dnm nostrū Amen.

DE EPIPHANIA DOMINI EIUSDEM SERMO. IIII.

IUstum et rōnabile dilectissimi uere pietatis obsequium est in diebus, q diuina opera misericordię protestatur: toto corde gaudere. & honorifice ea quę ad salutem nrām gesta sunt: celebrare: uocante nos ad hanc deuotiōem ipsa recurrentium temporum lege. quę nobis post diem in quo coęternus pri filius dei natus ex uirgine est: breui iteruallo Epiphanię intulit festum: ex apparitione dni consecratum in quo fidei nostrę magnum presidium prouidentia diuina constituit: ut dum sollemni ueneratione recolitur adorata in exordiis suis Saluatoris infantia, p ipsa originalia documenta probaret ueri hominis in Christo orta natura. Hoc eim est quod iustificat impios: hoc est qd ex peccatoribus facit sanctos. Si in uno eodēq; domino nostro Iesu Christo et uera deitas, & uera credat hūanitas. deitas q̄ ante omnia secula in forma dei ęqualis est patri. et humanitas, qua nouissimis diebus ī forma serui unitus est hōi. Ad roborādum ergo hanc fidem, quę contra omnes pronunciabat errores: ex magna gestum est diuini pietate cōsilii: ut gens in longinqua orientalis plagę regiōe consistēs, quę spectandorū siderum arte pollebat: signum nati pueri, qui supra omnem Israel esset regnaturus accipiret. Noua etenim claritas apd Magos stellę illustrioris apparuit. & intuentium aīmos ita admiratione sui splendoris impleuit: ut nequaq̄ sibi crederent negligendum: qd tanto nuntiabat iudicio. Preerat autem sicut res docuit: huic miraculo gratia dei, & cū xp̄o natiuitatē, nec ipa adhuc Bethleē tota didicisset: iam illam credituris gentibus inferebat. et quod nondum poterat

humano eloquio differi: cęlo faciebat euangelizante cog/
nosci. Quanuis autem diuine dignationis esset hoc munus
ut cognoscibilis gẽtibus fieret natiuitas Saluatoris: ad in/
telligendum tamen miraculum signi potuerũt Magi et de
antiqs Balaam prenuntiationibus commoneri: sciẽtes olim
esse predictũ et celebri memoria diffamatũ: Orietur stella
ex Iacob: exurget homo ex Israel: & dominabitur gẽtium.
Tres itaq͂ uiri fulgore insoliti sideris diuinitus icitati, puiũ
micantis luminis cursum sequuntur: ęstimantes se signatũ
puerũ Hierosolymis in ciuitate regia ĩpertoros. Sed cum
eos hęc opĩo fefellisset: & p Iudęorrũ scribas atq͂ doctores,
quod sacra de ortu Xp̃i p̃nuntiauerat scriptura didicerũt:
ut gemino testimonio cõfirmati ardẽtiori fide expeterent:
quem & stellę claritas & ꝓphetię manifestabat auct oritas.
Prolato autem diuino miraculo per respõsa pontificum et
declarata spiritus uoce quę dicit: Et tu Bethleẽ terra Iuda
nequaq̃ mĩma es in prĩcipibus Iuda: ex te eĩm exiet Dux:
qui regat populum meum Israel: q̃ facile & q̃consequẽs fuit
ut hębreorum proceres crederent: quod docebant? Sed
apparet illos carnaliter cum Herode sapuisse: & regnũ xp̃i,
commune cũ huius mũdi ptãtibus ęstimasse. ut et isti tẽpo/
ralem sperarẽt ducem: et terrenũ metueret ille cõsortem.
Superfluo Herodes timore turbaris. & frustra in suspectũ
tibi puerũ seuire molitis. non capit Christũs regia tua. nec
mũdi dominus. potestatis tuę sceptri ẽ contentus ãgustiis.
quem ĩ Iudea regnare non uis: ubiq͂ regnat. & felicius ipse
regnares: si eius ĩperio ipse subderens. Cur sincero officio
nõ facis: q̃d subdola fallitate ꝑmittis? Perge cũ Magis. et
uerũ Regẽ suppliciter adorãdo uenerare. Sed tu Iudaicę
sectator cęcitatis. non imitaris gentiũ fidem: corq͂ puersum
ad crudeles cõuertis ĩsidias. nec illũ occisurus quẽ metuis:
nec illis nociturus: quos perimis. Deducti igĩt ĩ Bethleem
Magi stellę pręcedẽtis obseq̃o: gauisi sunt gaudio magno
ualde. sicut euãgelista narrauit. & intrãtes domũ inuenerũt
puerum cum Maria matre eius. Et ꝓcedentes adorauerũt

eum, et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirrhã. O perfecte scientię mirabilem fidem quam non terrena sapiẽtia erudiuit: sed spiritus sanctus instituit. Vnde enim ii uiri cum proficiscerent̃ de patria ꝗ nondum uiderant Iesum, nec aliquo intuitu eius quod eum tam ordinate uenerarẽtur: aduerterant. hãc deferendoꝝ munerũ seruauere rationem? nisi quia pręter illam stellę speciẽ quę corporeum incitauit obtutum: fulgentior ueritatis radius eorum corda ꝑdocuit, ut priusꝗ̃ labores itineris incboarẽt: eum signari sibi intelligerent: cui in auro regius bonor In thurre diuina ueneratio In myrrha, mortalitatis confessio deberetur. Et boc quidem ꝗ̃tum ad illuĩnatiõem fidei pertinebat: potuerũt illis credita, & intellecta sufficere: ut corporali intuitu, non inquirerent: quod plenissimo uisu mẽtis inspexerant. Sed diligentia officii sagacis, usqꝫ ad uidẽdum puerum ꝑseuerans, futuri temporis populis, & nostri seculi bominibus seruiebat. ut sicut omnibus profuit: quod post resurrectionem dñi uestigia uulnerũ in carne eius, Thomę Apostoli explorauit manus: ita ad nr̃am utilitatẽ ꝓficeret: ꝙ infantiam ipsius, Magorum, probauit aspectus. Viderunt itaqꝫ Magi, & adorauerunt puerũ de tribu Iuda, de semine Dauid secundum carnem factum ex muliere, factũ sub lege. quam non soluere uenerat: sed adimplere. Viderũt et adorauerunt puerũ quantitate paruulũ, alienę opis indiguum, fandi impotem & in nullo, ab bumanę infantię generalitate dissimilẽ. Quia sicut fidelia erant testimonia: quę in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis assererẽt: ita probatissimum esse debebat: uerbum carnẽ factum: et sempiternam illam essentiam filii dei, bominis ueram suscepisse naturam: ne uel ineffabilium operum secutura miracula, uel suscipiendarum supplicia passionum sacramẽtum fidei ex rerum diuersitate turbarent: cum iustificari omnino non possent: nisi qui dominum Iesum, & uerum deum, et uerũ boĩem credidissent. buic singulari fidei dilectissimi, et prędicate ꝑ omnia secula ueritati, diabolica manicbeorum resistit impietas: ꝗ sibi ad

interficiendas deceptorum animas nephādi dogmatis fe/rale commentū de sacrilegis & fabulosis mēdaciis texuerūt, et per has insanas opinionū ruinas,eiusq; precipites prue/runt:ut sibi falsi corporis fingerent Christum: qui nihil in se solidum nihil uerum hominum oculis actibusq; pbuerit, sed simulatę carnis uacuam imaginem demonstrant. Indi/gnum enim uideri uolunt:ut credatur deus dei filius femi/neis se inseruisse uisceribus. & maiestatem suam huic con/tumelię subdidisse.ut naturę carnis imixtus,in uero hūanę substantię corpore nasceret: cum totum hoc opus non in/iuria ipsius sed potentia nec credēda pollutio,sed gloriosa dignatio. Si enim lux ista uisibilis nullis immundiciis qbus superfusa fuerit: uiolatur: nec radiorum solis nitorē quem corpoream esse creaturā non dubium est: loca ulla sordētia uel cęnosa contaminant: Quid illius sępiternę et icorporęę lucis essentiam potuit qualibet sui qualitate polluere? quę se ei quam ad imaginē sui condidit sociando creaturę puri/ficationem prestitit: maculam non recepit. Et sic sanauit uulnera infirmitatis: ut nulla pateretur damna uirtutis.qd diuinę pietatis magnū & ineffabile sacramentū:qa omnibus sanctarum scripturarum testificationibus est nūciatum: Isti de quibus loquimur aduersarii ueritatis: legem p Moysen datam & inspirata diuitus prophetarū oracula respuerūt, ipsasq; euangelicas et apostolicas paginas quędā auferēdo et quędā inserēdo uiolauerūt confingētes sibi sub Aplorū nominibus Et sub uerbis ipius Saluatoris multa uolumina falsitatis qbus erroris sui cōmenta munirēt: et decipiendos mentibus mortiferum uirus infunderent: Videbāt eīm sibi uniuersa obsistere omnia reclamarē & nō solum nouo sed et ueteri testamento sacrilegę impietatis suę dementiam cō/futari.& tamē in furiosis mēdaciis psistentes Ecclesiam dei deceptionibus suis pturbare non desinūt.hoc miseris quos illaqueare potuerunt:psuadentes ut negēt a domino Iesu Christo humanam naturā uere esse susceptam.negent eum uere pro mūdi salute crucifixū.negent de eius latere lācea

uulnerato sanguinem redemptiōis et aquam fluxisse baptismatis: negēt eum sepultū ac die tertia suscitatū. negent eum in cōspectum discipulorum ad consequendū in dextera patris sup oīs celorum altitudiēs eleuatum: ut tota apostolici ueritate symboli sublata nulla spes incitet sanctos. negent a Christo uiuos et mortuos iudicādos et quos tātorum sacramentorum uirtute priuarint: doceant in sole et luna colere Christum & sub nomīe spiritus sancti ipsum talium impietatem magrm adorare manicheum. Ad confirmanda igitur dilectissimi corda nostra ī fide & ueritate, p̄sit oībus hodierna festiuitas. et ex testimoīo manifestatę Saluatoris infantię cōfessio catholica muniatur. & naturę nr̄e carnem in Christo negantium anathematizetur impietas de q̄ nos beatus Iohannes Apostolus non dubio sermone p̄monuit dicens Omnis spiritus qui confitetur Christum Iesum in carne uenisse ex deo est. & omnis spiritus qui soluit Iesum ex deo nō est. & hic ē Antixp̄us. Nihil ergo cū huiusmodi hominibus cōmune sit cuiq̄ xp̄ano: nulla cum talibus habeatur societas. nullūq̄ consortiū. Profit uniuersę Ecclesię quod multi ipsorū domino miserāte detecti sunt. et ī qbus sacrilegiis uiuerent: eorundem confessiōe patefactum est. Neminem fallant discretionibus ciborum, sordibus uestium, uultuumq̄ palloribus. Non sunt casta ieiunia quę non de ratione ueniunt continentię: sed de arte fallacię: hactenus nocuerint incautis. hactenus illuserint imperitis. post hoc nullius excusabilis erit lapsus. nec iam simplex habēdus est: sed ualde neq̄ atq̄ peruersus qui deinceps repertus fuerit nephādo obstrictus errore. Id ecclesiasticum sane atq̄ diuinitus institutū non solū non inhibemus: sed etiā ī citamus affectum: ut etiā pro talibus nobiscum domino supplicetis: quoniam & nos deceptarum aīmarum ruinas cum fletu et merore miseramur exequētes apostolicę pietatis exēplum ut cum infirmātibus infirmemur. et cū flētibus defleamus. Speramus eīm exorādā misericordiā dei multis lachrymis et legitima satisfactione lapsorum quia dum hoc in corpore

uiuitur nullius desperanda reparatio: sed oim est opt[illegible] correptio: auxiliãte domino q erigit elisos soluit cõpeditos et illuminat cecos: cui est honor et gloria in secula seculo[illegible]

## De epiphania domini eiusdem sermo .V.

Hodiernam festiuitatem dilectissimi apparitio domini nostri Saluatoris sicut nostis illustrat. Et hic ille dies est: quo ad cognoscendũ adorãdũq3 dei filium tres Magos preuia stella perduxit cuius facti memoriã merito placuit honore annuo celebrari: ut dum euangelica historia incessanter recensetur: semper se intelligentium sensibus inferat salutiferum mysterium per insigne miraculum. Precesserãt quidem documenta que corporeã natiuitatẽ dñi mãifestis iudiciis declararẽt. Cum beata Maria uirgo fecundandã se spiritu sancto parituramq3 dei filium audiuit. et credidit. siue cum ad salutationem ipsius in utero Elisabeth natus Iohannes Prophetica exultatiõe commotus & quasi etiam intra matris uiscera iam clamaret Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Vel cum ortũ dñi angelo nuntiante pastores celestis exercitus sunt claritate circũdati: ut non ambigerent de potestate pueri quẽ erant in presepe uisuri. nec putarent q in sola natura hoĩs esset editus cui superne milicie famularetur occursus. sed hec atq3 alia hmõi paucis tunc uidentẽ ĩnotuisse personis: que uel ad cognationem Marie uirginis uel ad sancti Ioseph familiam pertinebant. Hoc aũt signo qd Magos in longinquo positos efficaciter mouit: et ad dominum Iesum perseueranter attraxit: illius sine dubio gratie sacramentum et illius fuit uocationis exordium: quia non in Iudea tantum sed etiam in toto mũdo Christi erat euãgelium predicandũ: ut per illam stellã que Magorum uisui splẽduit: Israelitaz uero oculis nõ refulsit: et illuĩatio signata sit gentiũ: & cecitas declarata Iudeoz. Permanet igitur dilectissimi sicut euidẽter apparet: mysticorum forma gestorum. et q imagine inchoabaẽ ueritate completur. R adiat nanq3 a celo stella p grãm. et tres Magi

coruscatione euangelici fulgoris acciti in omnibus quot/
tidie nationibus ad adorandum summi regis infantiam ac/
currunt. Herodes in diabolo quoque fremit. et auferri sibi
iniquitatis sui regnum in iis qui ad Christum transeunt:
ingemiscit. Vnde si paruulos iterficiat Iesum sibi uidet oc/
cidere. quod utique facere sine cessatiōe molitur: dum pri/
mordus renatorum spiritum sanctum eripere et quandam
tenere fidei uelut infantiam temptat extinguere. Iudęi
uero qui extra Regnum Christi esse uoluerunt: adhuc
quodam modo sub Herodis sunt principatu. Et domināte
sibi Saluatoris inimico alienigine seruiunt potestati: quasi
nesciant prophetatum dicente Iacob: Non deficiet prin/
ceps ex Iuda et Dux de femoribus suis donec ueniat cui
reposita sunt. et ipse est expectatio gentium. Sed nondum
intelligunt: quod negare non possunt: et mente non capi/
unt: quod scripturarum narratiōe cognouerunt: quoniam
insanis magistris ueritas scandalum est. et cęcis doctoribus
fit caligo quod lumen est. Respondent itaque interrogati
quod in Bethleem nascitur Christus. et scientiam suam
qua alios instruunt. non sequuntur. Perdiderūt igitur suc/
cessionem Regū: placationem hostiarum: locum supplica/
tionum: ordinem sacerdotum. et cum omnia sibi clausa oīa
experiantur sibi esse finita: non uident ea in Christum esse
translata: Vnde qđ illi tres uiri uniuersarum gentium per/
sonam gerentes adorato domino sunt adepti: hoc in po/
pulis suis per fidem quę iustificat impios: totus mundus
assequitur. & hereditatem domini ante secula preparatam
accipiunt adoptiui. & perdunt: qui uidebatur esse legitimi.
Resipisse tandem Iudęe. Resipisse et ad rēdemptorem tu/
um. deposita infidelitate etiam conuertere. noli sceleris tui
immanitate terreri. Non iustos Xp̄us sed peccatores uo/
cat. nec impietatem tuam repellit: qui pro te dū crucifixus
esset: orauit. immitem crudelium patrum tuorū solue sen/
tentiam. neque te eorum maledicto patiaris obstringi: qui
clamantes de Christo Sanguis eius super nos: et sup̄ filios

nostros. facinus in te sui criminis transfuderunt. redite ad misericordem. utimini clementia remittentis. Saeuicia enim uestrę iniquitatis cõuersa est in causam salutis. uiuit quem perire uoluistis. confitemini negatum. adorate uenditum. ut uobis bonitas illius prosit: cui uestra malignitas nocere non potuit. Quod ergo ad ueram dilectissimi pertinet caritatem: quam etiã inimicis nostris ex dominica eruditiõe debemus: et optandum nobis est: & studendum: ut hic populus qui ab illa spiritali patrum nobilitate defecit: ramis suę arboris inseratur. Multum enim nos deo beniuolentia ista commendat: quia ideo delictum eorum nobis misericordię locum fecit: ut eos ad emulationem salutis recipiendę fides nostra reuocaret. Nam uitam piorum non solum sibi sed etiam aliis esse utilem decet. ut quod apud eos agi nõ potest uerbis obtineatur exemplis. Considerantes itaq; dilectissimi ineffabilem erga nos diuinorũ munerum largitatem cooperatores simus gratię dei operantis in nobis. Non enim dormientibus prouenit regnum celorum: nec ocio desidiaq; torpentibus beatitudo ęternitatis ingreditur. Sed quia sicut Apostolus ait: Si compatimur & conglorificabimur: illa nobis currenda est uia: quam ipse dominus se esse testificatus est: qui nobis nullis operum meritis suffragantibus & sacramento cõsuluit. et exemplo. ut in adoptionem uocatos per illud proueheret ad salutem: per hoc imbueret ad laborem. hic autem labor dilectissimi piis filiis & bonis seruis non solum nec asper nec onerosus sed etiam suauis & leuis est: dicente domino: Venite ad me omnes qui laboratis: et onerati estis: & ego reficiam uos. tollite iugum meum super uos & discite a me quia mitis sum: & humilis corde. & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est. & onus meum leue. Nihil enim dilectissimi arduum est humilibus. et nihil asperum mitibus. & facile omnia pręcepta ueniunt ad effectum: quãdo & gratia pretendit auxilium et obedientia mollit imperium. Intonante enim quottidie auribus

nostris eloquio dei quid diuinę iustitię placeat: scire con/
uincimur. Sed quia iudicium illud quo unusquisq; recipiet:
prout gesserit: siue bonum: siue malum: indicatum paci/
entia et bonitate differtur: impunitatem sibi iniquitatis
infidelium corda promittunt. et putant humanorū actu/
um qualitates ad diuinę prouidentię non pertinere censu/
ram. quasi non euidentissimis plerūq; suppliciis male gesta
plectatur. aut non sepe celestium comminationum terror
ostendat: quibus utiq; & fides monetur: et infidelitas in/
crepatur. Inter hęc autem permanet super omnes benig/
nitas dei: et nulli misericordiā suam denegat: cū indiscrete
uniuersis bona multa largitur. eosq; quos merito subderet
penis: mauult inuitare beneficiis. Dilatio eīm uindictę dat
locum penitentię. Nec tamen dici potest nulla ibi est ultio:
ubi nulla conuersio est. quia mens dura & ingrata iam sibi
ipsa supplicium est. & in conscientia ipsa patitur quicquid
dei bonitate differtur. Non igitur delinquentes peccata
delectent. ut illos in suis actibus uitę huius finis inueniat.
Quoniam in inferno nulla est correptio. nec datur reme/
dium satisfactionis: si iam non superest actio uoluntatis.
dicente Propheta Dauid: Quoniam non est in morte qui
memor sit tui. In inferno autem quis confitebitur tibi?
Fugiantur noxię uoluptates. inimica gaudia. et desideria
iam. iamq; peritura. quis fructus est queue utilitas ea in/
desinenter cupere: quę etiam si non deserunt: deserenda
sunt. Amor rerum deficientium ad incorruptibilia trans/
feratur. et ad sublimia uocatus aīmus cęlestibus delecte/
tur. Confirmate amicicias cum sanctis angelis. intrate
in ciuitatem dei. cuius nobis spondetur inhabitatio. et
Patriarchis & Prophetis & Apostolis Martiribusq; socia/
mini. Vnde et illi gaudent: inde gaudete. Horum diuicias
concupiscite. & per bonam emulationem ipsorum ambite
suffragia. Cum quibus enim fuerit uobis consortium de/
uotionis: erit et communio dignitatis. Dum itaq; tempus
uobis ad mandata dei exequenda conceditur: glorificate

deum in corpore uestro. et lucete dilectissimi sicut lumi/naria in hoc mundo. sint lucernę mentium uestrarum semper ardentes. & nihil resideat uestris tenebrosum in cordibus. Quoniam sicut ait Apostolus: Fuistis aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino. Impleanturq; in nobis quę in trium Magorum imagine pręcesserunt. Et sic luceat lumen uestrum coram hominibus: ut uidentes opera uestra bona glorificent patrem uestrum qui in cę/lis est. Sicut enim magnum peccatum est cum inter gen/tes propter malos Christianos nomen domini blasphe/matur: Ita magnum pietatis est meritum cum eidem in sancta seruorum suorum conuersatione benedicetur. Cui est gloria in sęcula sęculorum Amen.

## De epiphania domini eiusdem sermo. vi.

Dies dilectissimi quo primum gentibus Saluator ap/paruit: sacro nobis honore uenerandus est. illa bo/die cordibus nostris concipienda sunt gaudia: quę in trium Magorum fuere pectoribus: quando Regem cęli et terrę signo et ductu noui syderis incitati quem crediderant promissum: adorauere conspicuum. Neq; enim ita ille emensus est dies: ut uirtus operis quę tunc est reuelata: transierit. nihiloq; ad nos nisi reigestę fama peruenerit: quam fides susciperet: & memoria celebraret. cum mul/tiplicato munere dei etiam quottidie nostra experiantur tempora quicquid illa habuere primordia. quamuis ergo narratio euangelicę lectionis illos proprie recenseat dies: in quibus tres uiri quos nec prophetica predicatio docu/erat: nec testificatio legis instruxerat: ad cognoscendum deum a remotissima orientis parte uenerunt: hoc idem tamen et manifestius nunc: & copiosius fieri in omnium uocatorum illuminatione perspicimus: quoniam impletur Prophetia Esaię dicentis: Reuelauit dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium: & uide/runt omnes gentes terrę salutē quę a domino deo nostro

eſt: & iterum Et quibus non eſt annuntiatum de eo:ui/
debunt. et qui non audierunt: intelligent. Vnde cum
homines mundanę ſapientię deditos & a Ieſu Chriſti
confeſſione longinquos de profundo erroris ſui reduci
et ad cognitionem ueri luminis aduocari diuinę pro/
culdubio gratię ſplendor operatur:& quicquid in cor/
dibus tenebroſis nouę lucis apparet: de eiuſdem ſtellę
radiis micat ut mentes: quas ſuo fulgore contigerit &
miraculo moueat. et ad deum adorandum pręeundo
perducat. Si autem ſollicito intellectu: uelimus aſpi/
cere: quomodo etiam triplex illa ſpecies munerum ab
omnibus qui ad Chriſtum greſſu fidei ueniunt: offe/
ratur. nonne in cordibus recte credentium eadem cele/
bratur oblatio. Aurum etenim de theſauro animi ſui
promit: qui Chriſtum Regem uniuerſitatis agnoſcit.
Myrrham offert qui unigenitum dei credit ueram ſibi
hominis uniiſſe naturam.& quodam eum Thure uene/
ratur: qui in nullo ipſum paternę maieſtati imparem
confitetur. His comparationibus dilectiſſimi diligenter
inſpectis inuenimus etiam Herodis non deeſſe perſo/
nam.cuius ipſe diabolus ſicut tunc fuit occultus Ita nūc
quoqꝫ indefeſſus eſt imitator. Cruciatur enim uocati/
one gentium. et quottidiana poteſtatis ſuę deſtructi/
one torquetur dolens ubiqꝫ ſe deſeri. & uerum Regem
in locis omnibus adorari. parat fraudes. fingit diſſen/
ſiones erumpit in cędes.& ut reliquis quos adhuc fallit
utatur: Inuidia uritur in Iudęis. ſimulatione inſidiatur
in Hereticis. ſeuicia accenditur in Paganis. uidet enī
inſuperabilem eſſe potentiam Regis ęterni: cuius mors
ipſius uim mortis extinxerit. & ideo totam nocendi ar/
tem in eos qui uero Regi famulantur: armauit. alios
per inflationem ſcientię legalis obdurans: alios uero in
furorem perſequutionis inſtigans. alios per falſę fidei
commenta deprauans. ſed hanc Herodis iſtius rabiem
ille uincit & deſtruit: qui etiam paruulos martyrii palma

coronauit. et fidelibus suis tam inuictam indidit carita/tem: ut Apostoli uerbis audeant dicere: quis nos sepa/rauit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an pse/quutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oues occisionis. in his omni/bus superamus propter eum: qui dilexit nos. Hanc for/titudinem dilectissimi non illis temporibus tantum ne/cessariam fuisse credimus: quibus reges mundi & omnes seculi potestates cruenta impietate in dei populum se/uiebant. cum ad maximam gloriam suam pertinere di/cerent: si de terris nomen Christianum auferrent. nesci/entes Ecclesiam dei per furorem sue crudelitatis augeri: quoniam in suppliciis & mortibus beatorum martyrum: qui putabantur minui numero: multiplicabantur exem/plo. Denique tantum contulit fidei nostre impugnatio persequentium: ut nihil magis regium ornet principa/tum: quam quod domini mundi membra sunt Christi nec tam gloriantur quod in imperio geniti: quam gaudent quod in baptismate sunt renati. Sed quia tempestas priorum turbinum conquieuit: & dudum cessantibus preliis que/dam uidetur arridere tranquillitas uigilanter cauenda sunt illa discrimina: que de ocio ipsius pacis oriuntur. Aduersarius tamen qui in apertis inefficax persequuti/onibus fuit: tecta nocendi arte deseuit: ut quos non per/tulit ictu afflictionis: lapsu deiiciat uoluptatis. Videns itaque sibi resistere principum fidem: & unius deitatis inseparabilem trinitatem: non segnius in palatiis quam in Ecclesiis adorari: interdictam dolet sanguinis Christi/ani effusionem. & quorum obtinere non potest mor/tes: impetit mores. Terrores proscriptionum in auari/cie mutat incendium. & quos damnis non fregit. cupi/ditate corrumpit. Malignitas enim longo usu pro/prie imbuta nequicie: non deposuit odium: sed uertit ingenium: quo sibi mentes fidelium blandius subdat.

Inflammat enim concupiscentiis: quos non potest uexare tormentis. serit discordias. accendit iras. incitat linguas. et ne ab illicitis dolis cautiora corda se reuocent: cōsummandorum scelerū ingerit facultates: quia illi totius fraudis hic fructus est: ut qui immolatione pecudū & thuris incensiōe nō colitur: qbuslibet ei criminibus seruiatur. habet igitur dilectissimi pax nostra pericula sua. et frustra de fideli libertate securi sunt: qui uitiorum desideriis non resistunt. Cor boīm de operum ostenditur qualitate. et formas mentium species detegit actionū. Nam sunt quidam sicut ait aplūs: qui deum profitentur se scire: factis aūt negant. Vere eīm reatus negationis incurritur: quando bonum quod in sono uocis auditur: in conscientia non habetur. fragilitas enim conditionis facile in delicta prolabitur. Et quia nullū sine delectatione peccatū est: cito acquiescitur deceptorię uoluptati. sed a carnalibus desideriis recurratur ad spiritale presidium. et mens habens noticiam dei sui a consiliis se malesuadi hostis auertit. Prosit illi patientia dei. nec ideo delinquendi pertinacia nutriatur: quia uindicta differtur. Nō sit peccator de impunitate securus: qa si tempus pęnitentię amiserit: locum indulgentię non habebit: dicente pphēta: Quia nō est in morte qui memor sit tui. in inferno autem quis confitebitur tibi? Qui autem sibi correctionis reparationem experitur esse difficilē: confugiat ad auxiliātis dei clemētiam. et uincula malę consuetudinis ab illo poscat abrumpi: qui alleuat omnes qui corruunt. et erigit omnes elisos. Non erit uacua confitētis oratio: quoniā misericors deus uoluntatem timentium se faciet. et dabit quod petit: qui dedit unde peteretur. Per dominū nostrū Iesum xpm qui uiuit & regnat in secula seculorum amen.

MEmoria rerum ab humani generis saluatore gestarum magnam dilectissimi nobis confert utilitatem: si quę ueneramur condita suscipiamus imitāda. In dispensatōibus

enim ſacramentorum chriſti & uirtutes ſunt gratię: et inci/
tamenta doctrinę ut quem confitemur fidei ſpiritu: operū
quoq; ſequamur exemplo. Nam etiam ipſa primordia quę
dei filius ꝑ matrem uirginē naſcendo ſuſcepit: ad ꝓfectum
nos pietatis inſtituūt. Simul enim apparet cordibus rectis
in una eademq; perſona & humana humilitas: et diuina ma/
ieſtas: quem cunę teſtātur infantem cęlum et cęleſtia ſuum
loquūtur autorem. puer corporis parui dominus & rector
eſt mundi. et genitricis gremio cōtinetur: q nullo fine con/
cluditur. Sed in his noſtrorū uulnerū eſt curatio & noſtrę
deiectionis erectio. quia niſi in unum tanta diuerſitas con/
ueniret: reconciliari deo humana natura nō poſſet. Legem
ergo uiuendi remedia nobis noſtra ſanxerunt. et inde data
eſt moribus forma unde mortuis ē impenſa medicina. nec
immerito cū tres magos ad adorandum Ieſum noui ſideris
claritas deduxiſſet non eum imperantem dęmonibus: non
mortuos ſuſcitantem: nō cęcis uiſum: non claudis greſſum:
aut mutis eloquium reformantem. nec in aliqua diuinarum
uirtutum actione uiderunt. ſed puerum ſilentem quietum
et ſub matris ſollicitudine conſtitutū. in quo nullum qdem
appareret de poteſtate ſignum. ſed magnū preberetur de
humilitate miraculum. Ipa itaq; ſpecies ſacrę infantię cui ſe
deus dei filius aptarat: prędicationem auribus intimandam
oculis ingerebat. et quod adhuc uocis nō ꝓferebat ſonus:
uiſiōis iam docebat effectus. Tota enim uictoria ſaluatoris
quę & diabolum ſuperauit et mūdum: humilitate eſt con/
cepta. hūilitate ē confecta. Diſpoſitos dies ſub ꝑſequutiōe
inchoauit. et ſub ꝑſequutione finiuit. nec puero tolerantia
paſſionis: nec paſſuro defuit māſuetudo puerilis. quia uni/
genitus dei ſub una maieſtatis ſuę inclinatione ſuſcepit: ut
et homo uellet naſci. et ab hominibus poſſet occidi. Si igit̄
omnipotens deus cauſam noſtram nimis malam humilitatis
priuilegio bonam fecit: et ideo deſtruxit mortem & mortis
autorem: quia omnia quę ꝑſequutores intulere nō renuit:
ſed obędiēs patri crudelitates ſęuiētium: iuſtiſſima lenitate

tolerauit quantum nos humiles quantum oportet esse pa-
tientes. Qui siquid laboris incidimus: nunquam nisi nostro
merito sustinemus. Quis autem gloriabitur castum se habere
cor? aut mundum se esse a peccato dicente beato Iohãne:
Si dixerimus: quia peccatũ non habemus. nos ipsos sedu-
cimus & ueritas in nobis non est. quis inuenitur ita ĩmunis
a culpa: ut in eo non habeat uel iusticia quod arguat: uel
minima quod remittat? Vnde tota dilectissimi christianę
sapientię disciplina non in abundantia uerbi, non in astu-
tia disputandi neq; in appetitu laudis & glorię sed in uera
& uoluntaria humilitate consistit. quam dominus Iesus ab
utero matris usq; ad supplicium crucis pro omni fortitu-
dine & elegit: & docuit. Nam cum discipuli eius intra se ut
ait euãgelista: disquirerẽt: quis eorũ maior esset in regno
cęlorum: uocauit paruulum: & statuit eum in medio eorum
& ait: Amẽ Amẽ dico uobis: nisi conuersi fueritis: & effici-
amini sicut paruuli: nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Quicũq;
ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior ẽ in reg-
no cęlorum. Amat Christus in fantiam humilitatis magistrã
ĩnocentię regulam, mansuetudinis formam. Amat Christus
infantiam: ad quam maiorum dirigit mores. ad quam senum
reducit ętates. & eos ad suum inclinat exemplum: quos ad
regnum sublimat ęternum. Vt autem plene ualeamus ag-
noscere quomõ apprehendi possit tam mira conuersio: &
in puerilem gradum qua nobis imitatione redeundum sit:
docet nos beatus apostolus: & dicit. Nolite pueri effici sen-
sibus. sed malitia paruuli estote. Nõ ergo ad lubrica ĩfãtię
& ad imperfecta nobis primordia redeũdum est. Sed aliqd
quod etiam graues aut nos deceat: inde sumendũ ut uelox
sit cõmotionum transitus: citius ad pacem recursus. Nulla
sit memoria offensionis. nulla cupiditas dignitatis. Amor
sotię dilectionis. ęqualitas naturalis. Magnum enim bonũ
est: nocere non nosse & ad maligna non sapere. quia inferre
ac referre iniuriã mundi huius prudentia est. Nemini autẽ
malũ pro malo reddere christianę est ęquanimitatis ĩfantia.

Ad hanc nos similitudinē dilectissimi paruulorū mysteriū hodiernę festiuitatis inuitat. & hāc nobis humilitatis formā adoratus a magis puer saluator insinuat. qui ut imitatoribus suis quid glorię pararet. ostēderet. ortus sui tēpore editos martyrio consecrauit. ut in Bethleem: ubi Christus natus est geniti per cōmunionem ętatis consortes fierent passionis. Ameť igitur humilitas. & omnis ab fidelibus uitetur elatio. Alter alterum sibi pręferat. & nemo quod est suum: querat. sed quod alterius. ut cum in oībus habundauerit affectus beniuolētię: in nullo uirus inueniať inuidię. Quoniā qui se exaltat: humiliabitur. & qui se humiliat: exaltabitur. eodem ipso attestante domino Ihesu xp̄o Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorū Amen

CAusam dilectissimi & rationem sollemnitatis hodierne sępe nobis & euangelica narratio & obseruantię consuetudo patefecit: nec necesse est ita nūc quę iter saluatoris nostri primordia humana sūt gesta: replicare: ut de splēdore noui syderis de magis magorūq; muneribus de seuitia herodis & interfectione infantium differamus: cū sicut nostis & in stellę fulgore dei gratia: & ī tribus uiris uocatio gētiū & in rege imperio crudelitas paganorū: & ī occisiōe īfantiū cūctorum martyrum forma pręcesserit. Sed quia in sacratissimo die reddendū expectacioni uestre est sacerdotalis sermonis offitium nitamur ut possumus: adiuuante spiritu dei eo per intelligentie semitas peruenire: ut cognoscamus sacramentum presentis festi ad omni fidelium tpa ptinere. nec ullo modo habeatur insolitum: quod in dispensationū ordine adoratur antiquū. Quāuis enim oīs anima Xp̄iana nihil indignum debeat de filii dei maiestate sentire: & transcensis incipientis fidei rudimentis oporteat unumquēq; ad sublimiora proficere: necesse est tamen infirmitati mentis humanę dū uerū hominem accipit Christū: de ipsa naturę nostrę communione trepidare. & per initia uel incrementa

corporea ad agnitionē unius cū patre deitatis difficulter accedere. Sed ubi īter caligātes cogitationes radius supnę lucis effulserit: contantes fidei moras splēdor ueritas ab/rumpat: ut cor liberum & a uisibilibus absolutum lumen intelligentię tanq̄ ducem stella sequatur: Quia sicut aplūs ait: Dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: ut quē uenerabatur in cunis humilitate iacētem: ipsum sine diffi/dentia adoret cum patre regnantem. Hęc aūt manifestatio dilectissimi quę hesitantium nebulas dissoluit animarum: & ita fecit innotescere dei filium ut de hoc quod idem ē etiā hoīs filius nihil patiatur obstaculi: ad presentis festi ptinet dignitatē & uera est infantia saluatoris declaratio deitatis: quando carnis sensus ab humanis ad diuina transfertur. ut quos deprimunt experimenta infirmitatum: erigant signa uirtutū. quia tali auxilio & natura nostra īdigebat: & causa ut repararetur genus humanū: nec sine humilitate maiestas nec sine maiestate posset humilitas. Iam uero in singulorū fidelium profectibus diuinorū elucet custodia mandatoꝝ: impleturq; quod dictum est: Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra bona: & glorificēt pa/trem uestrum qui in cęlis est. Quis illic pr̄em non itelligat maiestatem ubi ueram uidet apparere uirtutem? quę utiq; sine deo nulla est. nec proprietatem optinet deitatis: nisi spiritu sui uegetetur autoris. Dicente enim discipulis suis domino: Sine me nihil potestis facere. dubiū nō est: hoīem bona agentem ex deo habere & effectum operis: & initium bonę uoluntatis. Vnde & apostolus coopiosissimus fideliū cohortator cum timore inquit & tremore uestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle: & operari pro bona uoluntate: & hęc sanctis causa est tre/mēdi atq; metuēdi: ne ipsis operibus pietatis elati deserant ope gratię & remaneant in infirmitate naturę. Qui autem expiri cupit an in ipso deus habitet: de quo dicit mirabilis deus ī sanctis suis: sincero examine cordis sui iteriora dis/cutiat. & sagaciter querat: qua humilitate resistat superbię.

qua beniuolētia obluctetur inuidię. q̄ non capiat adulātiū linguis: q̄q bonis delectet alienis. An pro malo nō cupiat malum reddere. malitiq multas obliuisci iniurias: q̄ imaginē sui conditoris amittere. qui oēs ad cognitionē sui generali/bus incitans donis pluit super iustos & iniustos. & solē suū oriri facit sup bonos & malos. ac ne i multis laboret sollicitę discretionis inspectio: ipsam matrem uirtutū oīm caritatē in secretis suę mentis inquirat. & si in ea dilectionem dei & proximi toto corde intente reppererit: ita ut etiā inimicis eadem uelit tribui: quę sibi optat impendi: Quisquis hmōi est: deum rectorem sui esse non dubitet: quem tanto mag/nificentius receperit: quāto magis non in se sed in domino gloriatur. Quoniam quibus dicit regnum dei intra nos est: ii nimirum illius agūtur spiritu: cuius regunt̄ iperio. Sciētes igitur dilectissimi quoniam caritas deus est qui operat̄ oīa in nobis: Sectamini caritatem ita ut inunum caste dilcōnis affectum uniuersorum fidelium corda cōcurrant. trāseūtia nos & uana nō occupent. cōstanti desiderio ad ea quę sunt semper mansura: tendamus. Sacramentum enim presentis festi oportet in nobis esse perpetuum. Quod utiq sine fine celebrabitur: si in omnibus actibus nostris dominus Iesus Christus appareat Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

Sermo I[us] in Quadragesima

HEbreorum populus quandam & omnes Israelitice tribus cum propter peccatorum suorum offensiones graui Phylistinorum dominatione prę merentur ut supare hostes suos nō possent: sicut sacra manifestat historia: uires animi & corporis i dicto sibi reparauere ieiunio. Intellexe/rant enim duram & miseram illam subiectionem neglectu se mandatorū dei & morum corruptione meruisse frustraq se armis certare: nisi prius uitiis repugnassent. Abstinentes ergo a cibo & potu seuere sibi castigationis adhibuere cē/suram. & ut hostes suos uincerent: gulę illecebram in seipsis

ante uicerunt. Factumq; est hoc modo ut ſęui aduerſarii & graues domini eſurientibus cederent quos ſibi ſaturos ſub/iugarant. Et nos itaq; dilectiſſimi inter multas aduerſitates & pręlia conſtituti ſi ſimilibus remediis uti cupimus: ſimili obſeruatione curemur. Eadem enim propemodum cauſa noſtra eſt: quę illorum fuit. quoniam ſicut illi a carnalibus aduerſariis ita & nos a ſpiritalibus maxime Impugnamur inimicis. Qui ſi donata nobis per dei gratiam morũ cor/reptione uincantur: & corporeorum nobis hoſtiũ fortitudo ſuccũbet: & emendatiõe noſtra infirmabũtur: quos graues nobis non ipſorum merita ſed noſtra delicta fecerunt. Qua/propter dilectiſſimi ut oẽs hoſtes noſtros ſupare ualeamus per obſeruantiam cęleſtiũ mandatorum diuinũ quęramus auxiliũ: Scientes nõ aliter nos pręualere poſſe aduerſariis noſtris. niſi & pręualuerimus & nobis. Sunt enim intra noſ/metipſos multa certamina. & aliud caro aduerſus ſpiritum aliud aduerſus carnẽ ſpiritus cõcupiſcit. In qua diſſenſione ſi cupiditates corporis fuerint fortiores: turpiter animus amittet propriam dignitatẽ. & perniciosum erit eũ ſeruire: quẽ decuerat imperare. Si autem mẽs rectori ſuo ſubdita & ſupernis muneribus delectata terrenę uoluptatis incita/menta calcauerit: & ĩ ſuo mortali corpore regnare peccatũ non ſiuerit: ordinatiſſimum tenebit ratio principatum. & mutatiões eius nulla ſpiritalium nequiciarum labefactabit illuſio. quia tunc eſt uera pax hoĩs: & uera libertas: quando & caro aĩo iudice regit̃. & animus deo pręſide gubernatur. Hęc autem pręparatio dilectiſſimi licet omni tempore ſa/lubriter aſſumatur: ut peruigiles hoſtes inceſſabili ſupent̃ induſtria: Nunc tamẽ ſollicitius expetenda ẽ & ſtudioſius inſtruẽda: quãdo & ipſi ſubtiliſſimi aduerſarii acriori ĩſidiant̃ aſtutia. Sciẽtes enim agere nos ſacratiſſimos quadrageſimę dies in quorum obſeruantia omnes negligentię diluuntur ad hoc totã uim ſuę malignitatis intendunt: ut celebraturi ſanctũ paſcha domini ĩ aliquo inueniamur indigni: & unde nobis obtinenda erat propitiatio: inde contrahat̃ offenſio.

Accedentes ergo dilectissimi ad quadragesime initiū idest ad diligentiorem domini seruitutem: Quia quasi ad quendā agonē sancti operis accedimus: ad pugnas temptationum animos preparemus. & intelligamus quāto studiosiores ꝓ nostra salute fuerimus tāto nos uehementius ab aduersariis impetendos. Sed fortior est qui in nobis est: ꝙ qui aduersū nos est: & per ipm̄ ualidissimus: in cuius uirtute cōfidimus. quia ob hoc dominus se temptari a temptatore permisit: ut cuius munimur auxilio: eiusdem erudiremur exemplo. Vicit enim aduersariū ut audistis testimoniis legis non potestate uirtutis: ut hoc ipso & hominem plus honoraret: & aduersarium plus puniret. cum hostis generis humani non solū quasi a deo sed etiam ab homine uinceretur. Pugnauit ergo ille tunc: ut & nos postea pugnaremus. uicit ille. ut & nos similiter uinceremus. Nulla sunt enim sine tēptationū experimentis opera uirtutis. nulla sine perturbationibus fides. & nullum sine hoste certamen. nulla sine congressiōe uictoria. Vita hec nostra in medio insidiatorum in medio preliorū est. Si nolumus decipi: uigilandum est. si uolumus superare: pugnandum est. & ideo sapientissimus Salomon. Fili inquit accedens ad seruitutem dei prepara animā tuam ad temptationē. Vir enim dei sapientia plenus sciēs studiū religionis laborem habere certaminis: cū preuideret pugne periculū: ante admonuit pugnaturū. ne forte si ad ignorātē temptator accederet: imparatum citius uulneraret. Nos itaq; dilectissimi q diuinis institutiōibus eruditi ad agonē presentis certaminis scienter accedimus: Audiamus dicētē apostolum: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebraꝝ harum. contra spiritalia nequitie in celestibus. & nō ignoremus quod hi hostes nostri contra se geri omnia sentiunt: quecunq; nos pro nostra salute agere temptamus. & hoc ipso quod boni aliqd appetimus: aduersarios prouocamus. Hec enim inter nos atq; illos per diabolice inuidie fomitem inueterata dissensio est: ut quia

illi ab iis bonis exciderunt: ad quę nos deo auxiliante pro/
uehimur: nostris iustificationibus torqueantur. Si ergo nos
erigimur: illi corrunt. si nos conualescimus illi infirmantur.
Remedia nostra plagę ipsorꝶ sunt. quia curatiōe nostrorū
uulnerum uulnerātur. State ergo dilectissimi ut apostolus
ait: succincti lūbos mentis uestrę inueritate. & caltiati pe/
des in pręparatione euangelii pacis in omnibus sumentes
scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequitię ignea ex/
tinguere. & galeam salutis assumite. et gladiū spiritus quod
est uerbum dei: Videte dilectissimi q̄ potentibus nos telis
q̄. insuperabilibus munimētis dux multis insignis triūphis
& īuictus Christianę militię magister armauerit. Succinxit
lūbos balteo castitatis. caltiauit pedes uinculis pacis. quia
& discinctus miles cito ab impudicitię incentore uincitur.
& non calciatus facile a serpente mordetur. Scutum fidei
ad protectionem totius corporis dedit capiti galeā salutis
imposuit dexterā gladio uerbo ueritatis instruxit. ut spiri/
talis pręliator: nō solū sit tutus a uulnere: sed & repugnātē
ualeat uulnerare. His igitur dilectissimi freti armis impigre
atq; intrepide propositum nobis certamen ineamus. ut in
isto ieiuniorum studio non eo tantum simus fine contenti:
ut solam ciborum abstinentiam putemus esse sectādā. Parꝝ
enim est si carnis substātia tenuat̄: & aīę fortitudo nō alitur:
Aflicto paululum exteriore homine: refitiatur interior. &
subtracta saturitate corporea spiritalibus mens delitiis ro/
boretur. Circūspiciat se oīs anima xp̄ana. & seuero examīe
cordis sui interna discutiat. Viderit nequid ibi discordię
inheserit: neq̄d cupiditatis insederit. Incontinētiā castitas
procul pellat. mendatii tenebras lux abigat ueritatis. Quia
os quod mentit̄: animam mentientis interficit. Detumescat
sup̄bia. humilitas assumat̄. resipiscat iracundia cōminuant̄
iacula noxiarū. & obtrectatō linguę frenet̄. Cessent uīdicte
& obliuioni mandentur iniurię. Omnis postremo plātatio
quam nō plantauit pater cęlestis radicitus auferatur. Tunc
enim in nobis bene uirtutum semina nutriuntur: quādo ab

agro cordis nostri omne germē externum euellitur. Si qs ergo in quempiam ita cupiditate ultionis exarsit: ut eū aut carceri traderet: aut uinculis alligaret: absolutōnem nō solū īsontis sed etiam eius qui pęna dignus uidetur: acceleret: ut illa dñicę orationis regula fidenter utatur dicēs dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quam partem petitionum ita dominus in speciali insinuatione commendat: ut totius orationis effectus ī hac conditione consistat. Si enim inquit dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & pater uester uobis qui in cęlis est. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Proinde dilectissimi memores infirmitatis nostrę qa facile ī quęlibet delicta ꝓlabimur hoc potentissimum remedium & istam efficacissimā uulnerū nostrorū curationem nullatenus negligamus. Demus ueniā: quā rogamus. & nō studeamus uindicari: qui nobis ꝑcamur ignosci. Pauperum gemitus surdo non transeamus auditu. & misericordiam īdigētibus prompta benignitate pręstemus: ut misericordiam ī iudicio possimus inuenire. Ad quā perfectionē qui studium suū gratia dei adiutusītenderit: hic sanctū ieiuniū fideliter peraget. Hic a fermēto malitię ueteris alienus in azimis sinceritatis & ueritatis ad beatum pascha perueniet. & per nouitatem uitę dignę lętabitur in sacramento reformationis humanę. Per Christū dominum nostrum qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

Licet nobis dilectissimi appropinquante festo paschali ieiuniū q̄dragesimę tpe legitimi tpis recursus indicat: Cohortatio tamen etiā nostri sermonis adhibenda est: quę auxiliāte dño nec inutilis sit pigris nec onerosa deuotis. Nā cū omnē obseruātiā nostram ratio istorum dierum poscat augeri: nemo est ut confido de uobis: qui se ad opus bonū non gaudeat incitari. Natura enim nostra manente adhuc mortalitate mutabilis etiā si ad summa quęq̨ uirtutū studio

prouehatur: semper tamē sicut potest habere quo recidat: ita potest habere: quo crescat. Et hoc est perfectorū uera iusticia: ut nūq̄ presumant se esse perfectos: ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes ibi incidant deficiendi periculum: ubi ꝑficiendi deposuerint appetitū. Quia ergo nemo nostrū dilectissimi tam ꝑfectus est et sanctus ut perfectior & sanctior esse nō possit. Oīs simul sine differētia graduum sine discretiōe meritoꝝ ab iis in que peruenimus in ea que nondum apprehendimus pia auiditate curramus et ad mensurā consuetudinis nostre necessarii aliquid addamus augmenti: Parū enim religiosus alio tp̄e demōstrat: qui ī his diebus religiosior nō inuenitur. Vnde opportune auribus nostris lectio apostolice predicatōnis insonuit dicens. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Quid enim acceptius hoc tēpore: qd salubrius his diebus: in quibus uitiis bellum indicitur. & omniū uirtutū ꝑfectus augetur. Semper quidem tibi o anima christiana uigilandū contra salutis tue aduersarium fuit: ne ullus pateret locus temptatoris īsidiis. sed modo tibi maior cautio & sollicitior assumenda prudentia est: qñ idem hostis tuus acriore seuit inuidia. Nunc autem in toto mundo potestas ei antique damnatōnis aufertur. & innumerabilia illi captiuitatis uasa rapiuntur. Renuntiat̄ atrocissimo predoni a populis oīum nationum omniūq; linguarum. & nullū iam genus hominū reperitur: quod non tyrannicis legibus reluctetur: dū per omnes fines terre regeneranda in Christo multorū milium milia preparantur. & appropinquante noue creature ortu: spiritalis nequitia ab iis quos possidebat excludit̄. Fremit ergo expoliati hostis impius furor. & nouum querit lucrū quia ius perdidit antiquum. captat indefessus & peruigil si quas repiat oues a sacris gregibus negligentius euagātes: quas per ꝓcliua uoluptatū & per deuexa luxurie in diuersoria mortis inducat. inflammat itaq; iras. nutrit odia. acuit cupiditates. irridet continentiam. incitat gulam. Quē enim temptare non audeat: qui nec ab ipso domino nostro Iesu

Christo conatũ suę fraudis abstinuit. Nã sicut euangelica patefecit historia cum saluator qui erat uerus deus ut uerũ se hominem etiam demõstraret: & impias opiniones totius erroris excluderet: post quadragita dierũ noctiũq; ieiuniũ infirmitatis nostre in se recepisset esuriẽ: gauisus diabolus signum se in eo passibilis atq; mortalis inuenisse naturę ut explicaret potentiam quã timebat: si filius dei inquit es: dic ut lapides isti panes fiant. Poterat itaq; istud omnipotens. & facile erat: ut ad creatoris imperium in quam iuberetur speciẽ cuiuslibet generis creatura trãsiret. sicut cũ uoluit in conuiuio nuptiali aquã mutauit ĩ uinum. Sed hoc magis salutiferis dispẽsationibus cõgruebat: ut nequissimi hostis astutia nõ potẽtia deitatis sed hũilitatis mysterio uinceret. Deniq; fugato diabolo & oĩbus artibus callidi temptatoris elisis accesserunt ad dominum angeli & ministrabant ei: ut ueri hominis & ueri dei & apud dolosas interrogationes inuiolata esset humanitas. & apud sancta obsequia manifesta diuinitas. Confundãtur itaq; filii diaboli atq; discipuli: qui repleti inspiratione uiperea simplices quosq; decipiũt negantes in xp̃o ueram esse naturam dum autẽ deitatem hoĩe aut hominem deitate dispoliant. cũ unius tẽporis gemino documento utraq; falsitas sit perempta. quia & per famem corporis uera humanitas & per famulantes angelos demõstrata est manifesta diuinitas. Quia ergo dilectissimi sicut redẽptoris nostri magisterio edocti sumus: nõ in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo dei dignũq; est: ut populus xp̃ianus in quantacunq; abstinẽtia constitutus magis desideret se dei uerbo q̃ cibo satiare corporeo prompta deuotione & alacri fide suscipiemus sollemne ieiunium non in sterili inedia quã plerunq; imbecillitas corporis & auaritię morbus inducit. sed in larga beniuolentia celebrandum ut scilicet simus de illis: de quibus ipsa ueritas dicit: Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam: quoniã ipsi saturabunt. Delicię igit̃ nostrę sint opera pietatis. & illis cibis qui nos ad ęternitatẽ nutriũt ĩpleamur. Lętemur ĩ refectionibus pauperũ:

quos impendia nostra satiauerint. Iocundemur in uestitu eorũ: quorum nuditatẽ indumentis necessariis teximus. Sentiant humanitatem nostram egritudines decumbentiũ imbecillitates debilium: labores exsulum: destitutio pupillorum: & desolatarum lamenta uiduarum. in qbus iuuãdis nemo ẽ: qui nõ aliquã possit exequi beniuolentię portionẽ. Nulli enim paruus est census: cui magnus est animus. nec de rei familiaris mõ mẽsura miserationis pẽdet ac pietatis. Nunq̃ merito caret etiam intenui facultate bonę uolũtatis opulẽtia. Maiora quidẽ impendia sunt diuitum: & minora mediocrium. sed non discrepat fructus operum: ubi idem est affectus operãtium. In ista autem dilectissimi excercẽdarum opportunitate uirtutum: sunt etiam aliarum ĩsignia opera coronarum: quę nullo horreorum dispendio nulla diminutione pecunię capiant. si pellatur lasciuia: si abdireẽt ębrietas: & carnalis cõcupiscẽtia castitatis legibus edomet. si odia transeant in dilectionem: si inimicitię conuertantur in pacem: si tranquillitas extinguat iram: si mansuetudo remittat iniuriam. si deniq̧ dominorum atq̧ seruorum tam ordinati sint mores: ut & illorum potestas minor: & istorũ sit disciplina deuotior. Hac igitur obseruantia dilectissimi obtinebitur misericordia dei: & abolito peccatorum reatu religiose uenerandum pascha celebrabĩt. Quod & romani orbis piissimi imperatores sancta antiquitus obseruationę custodiunt: qui in honorem dominicę passionis altitudinẽ suę potestatis inclinant. & constitutionum suarũ seueritate mollita multarum culparum reos precipiunt relaxari. ut in diebus quibus mundus saluatur miseratione diuina: etiam emulãda ipsorum supernę bonitatis imitatrix sit clemẽtia. Imitentur igitur christiani populi principes suos. & ad domesticam indulgentiam regiis incitentur exẽplis. Nõ enim priuatas leges fas est austeriores esse q̃ publicas. Remittãt culpę uincula soluantur. deleantur offensę. pereãt ultiones. ut sacra festiuitas per diuinam atq̧ humanam benignitatẽ omnes letantes omnes habeat innocentes. Per dominum

nostrum Iesum Christum qui cũ deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus. per infinita secula seculorum Amen.

SEmper qdẽ nos dilectissimi sapiẽter & sancte uiuere decet: & in id uoluntates nostras actõnesq; dirigere: quod diuine nouimus placere iustitię. Sed cum ii appropiquãt dies: quos illustriores nobis salutis nostre sacramẽta fecerunt: diligentiore sollicitudine corda nostra mũdanda. & studiosius excercenda est disciplina uirtutum. ut sicut ipsa mysteria quadam sui parte maiora sunt: ita & nostra obseruantia superet in aliquo consuetudinem suam. & cui festiuitas est celebranda sublimior: ipse quoq; reperiatẽ ornatior. Si enim rationabile & quodãmodo religiosum uidetẽ: per diẽ festũ in uestitu nitidiore ꝑdire: & habitu corporis hilaritatem mentis ostendere: si ipsam quoq; orationis domum ꝑpensiore tũc cura & ampliore cultu q̃tũ possumus: adornamus: nõne dignũ est ut anima Christiana: quę uerũ uiuũq; dei templum est, speciem suam prudenter exornet: & redemptionis suę celebratura sacramentum omni circũspectione precaueat: ne ulla eã macula iniquitatis offuscet: aut duplicis cordis ruga dedecoret? Nam quid prodest honestatis formã pręserẽs cultus exterior: si interiora hoĩs aliquorum sordeant contaminatione uitiorũ? Omnia igitẽ quę animi puritatem & speculum mentis obnubilãt: abstergenda sedulo & quadam elimatione radenda sunt. Scrutetẽ quisq; conscientiam suam. seq; ante se statuat ꝓprii cẽsura iudicii. uideat si in secreto cordis sui illam quam Christus dat inuenit pacẽ. si desiderium spiritus nulla concupiscẽtia carnis impugnat. si humilia non spernit. si alta non appetit. si iniquo non delectatur lucro. si immoderato rerum suarũ non gaudet augmento. si deniq; aliena felicitate nõ uritur. aut inimici miseria nõ letatur. Et cum harum ꝑturbationũ nihil in se forte repperent: sincero discutiat examine q̃ltum cogitationum specie frequẽtetur. & utrum nullis uanitatũ

imaginibus acquiescat. uel q̄ cito animum ab iis quę noxie blandiũtur abducat. Nam nullis illecebris cõmoueri: nullis cupiditatibus titillari: non est istius uitę quę tota teptatio est: & qua nimirum uincitur qui uinci ab eadem nõ uereẽ. Superbum est enim de non peccandi facilitate pręsumere: cum hoc ipsum pręsumpsisse peccatum sit dicente beato Iohãne apostolo: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus: nosipsos seducimus. & ueritas in nobis non est. Nemo igiẽ dilectissimi se fallat: nemo se decipiat. Neq; enim quisq; de cordis sui puritate confidat: ut putet se nullis temptationũ periculis subiacere: cum peruigil ille temptator eos acrio/ribus pulset insidiis: quos maxie uidet abstinere a peccatis. Nam a quo dolos suos contineat: qui ipsum quoq; dominũ maiestatis ausus ẽ calliditatis suę fraude teptare? Viderat superbiam suam baptizati domini Iesu humilitate calcatã. intellexerat quadragĩta dierum ieiunio omnem cupiditateẽ carnis exclusam: & tamen non desperauit de artibus suę malicię spiritalis improbitas. tãtumq; sibi de naturę nostrę mutabilitate promisit: ut quem experiebatur hominẽ: psu/meret posse fieri peccatorẽ. Si ergo ab ipo dño & saluatore nostro deceptionũ suarum diabolus nõ reuocauit insidias: quãtomagis fragilitatem nostrã impugnare pręsumet: quos exinde uehementiore odio & inuidia seuiore persequitur: ex quo ei in baptismo renuntiauimus. & ab illa cui dñabaẽ origine in nouam creaturam diuina regenerãtione trãsiuimus. Vnde quia dum mortali carne circumdamur: non desinit nobis antiquus hostis laqueos peccati ubiq; pretendere: & tunc maxime aduersus xp̄i membra seuire quando ab eis sunt celebranda sacratiora mysteria: merito doctrina spũs hac eruditione imbuit populũ christianum: ut ad paschale festũ quadraginta dierum continentia se prępararet. Cuius purificationis ratio iam nos ad obseruantiã suę salubritatis inuitat. & diligentiam nobis propositę castigatõnis indicit. Quanto enim sanctius quisq; hos dies inuenieẽ egisse: tãto probabitur pascha domini honorasse religiosius. In diebus

igitur sanctorum ieiuniorum pietatis opera quibus semp studendū est. abundantius exequamur: misericordes simus ad oēs: maxime autem ad domesticos fidei: ut ī ipsis quoq; elemosinarum distributionibus bonitatem patris celestis imitemur qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & pluit sup iustos & iniustos. Quamuis ergo fidelium pcipue adiuuanda sit paupertas, etiam illi tamen qui nondū euangeliū ceperunt in suo labore miserandi sunt. Quia in oībus hominibus nature est diligenda communio: que nos etiā iis benignos debet efficere: qui nobis quacunq; conditione subiecti maxime si eadem gratia iam renati & eodē sanguis Christi precio sunt redepti. Simul enī & cū istis habemus q ad imaginē dei conditi sumus nec carnali origine á nobis nec spiritali natiuitate diuisi sunt. Eodē spū sanctificamur eadem fide uiuimus. ad eadem sacramenta concurrimus. Non spernatur hec unitas. nec uilis nobis sit tāta cōmunio. sed hoc ipso nos per omnia faciat mitiores. q eorū utimur subiectōne: cū quibus uni dño eadem subiicimur seruitute. Si qui ergo horum grauioribus dominos suos offendere delictis: indulgentiā nunc in diebus reconciliationis accipiant. Auferat miseratio seueritatē. & uenia deleat ultionē. nullū custodia teneat. nullum carcer includat. quoniā deus noster misericordiā suā hac cōditione pmisit: ut remittēda sibi is nosset peccata ppria: qui remisisset aliena. Dissensionū materie dilectissimi & inimicitiarū aculei cōterant. Cessent odia. deficiāt simultates in unitatem dilectionis oīa mēbra conueniant. Beati enim pacifici: quia filii dei uocabunt. nec solum filii: sed etiam heredes. coheredes autem Christi qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

PRedicaturus uobis dilectissimi sacratissimū maximūq; ieiuniū quo aptius utar exordio: q̄ ut uerbis apostoli in quo Christus loquebatur: incipiam? Dicāq; quod lectū ē: Ecce nūc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis: q̄uis

enim nulla sint tpa: quę diuinis non sint plena muneribus: & semper nobis ad misericordiam dei per ipsius gratiam prestetur accessus: nunc tamen oium mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri: & ampliori fiducia oportet animari: quando ad uniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redēpti sumus: recursus inuitat. ut excellēs sup oīa passionis dominicę sacramentum, purificatis & corporibus & animis celebremus. Debebatur quidē tātis mysteriis ita incessabilis deuotio: & continuata reuerentia: ut tales pma/neremus in conspectū dei: quales nos in ipso paschali festo dignum est īueniri. Sed quia hęc fortitudo paucorum est: ut dum carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur: Dumq; per uarias actionis uitę huius sollicitudo distendit: necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sor/descere. Magna diuinę institutionis salubritate prouisum est: ut ad reparandā mentium puritatem: quadragita nobis dierum exercitatō moderetur. & ieiunia casta decoquerēt. Ingressuri igitur dies mysticos & purificandis animis atq; corporibus sacratius īstitutos: pceptis apostolicis obedire curemus: emundantes nos ab omni inquinamento carnis ac spūs. ut castigatis colluctationibus: quę sunt inter utrāq; substantiam: animus quem sub dei gubernaculis cōstitutū corporis decet esse rectorem: dominationis sue obtineat dignitatē: ut nemini dātes ullā offensionē: uitupationibus obloquentiū non simus obnoxii. digna enim ab infidelibus reprehensione carpemur: & nostro uitio linguę impię in in/iuriam se religionis armabūt: si ieiunantiū mores a puritate perfectę cōtinētię discreparint. Non enī in sola abstinētia cibi stat nostra summa ieiunii: aut fructuose corpori ęsca subtrahit: nisi mens ab iniquitate reuocet. & ab obtrecta/tiōibus lingua cohibeat. Sic ergo nobis edēdi ē mcderāda libertas: ut etiam alię cupiditates eadē lege frenētur. Man/suetudinis & patientię pacis & tranquillitatis hoc tempus est: in quo exclusa oīum contaminatione uitiorꝝ ppetuitas est obseruanda uirtutū. Nunc piarum mentium fortitudo

donare culpas: negligere contumelias: & obliuisci assuescat iniurias. Nunc fidelis aīmus per arma iusticię a dextris se exerceat & sinistris. ut per gloriā & ignobilitatem: p īfamiā & bonam famam: securam conscientiam cōstantēq; ꝓbitatē nec laudes inflent: nec obprobria defatigent. Religiosoꝝ modestia nō sit mesta: sed sancta. nec īueniant in eis ullarū murmura querelarum: quibus nūq̄ desunt sanctorū solatia gaudiorū. Non timeatur iter opera misericordię terrenaꝝ diminutio facultatum. Semper diues est xp̄iana paupertas: quia plus est quod habet: q̄ quod non habet. Nec pauet in isto mundo indigentia laborare: cui donatum est in oīum rerū domino omnia possidere. Operātibus ergo quę bona sunt: nō est oīno metuendum: ne eis desit facultas opandi: cum & ī duobus nummis euangelicę illius uiduę sit laudata deuotio. & pro calice aquę frigidę premium habet gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum benignitatis mensura taxatur. & nūq̄ eū miserēdi efficacia deserit: in quo miseri/cordia ipsa nō defecit. Experta ē hęc uidua illa de sarepta: quę beato Helię in tempore famis unius diei cibum quem solum habebat apposuit. & prophetę ęsuriē necessitati suę preferens exiguū farine & pusillū olei. incōtanter expēdit. Sed non defuit ei quod fideliter erogauit. & in uasis pia effusiōe uacuatis fons noue ubertatis exortus ē. ut sanctis usibus non minueretur eius substantię plenitudo: cuius nō fuit formidata defectio. Iis autē studiis dilectissimi ad quę uos uoluntarię confidimus preparatos: non ambigatis dia/bolum qui omnium uirtutū est aduersarius: inuidere. & ad hoc uim suę malignitatis armare: ut quos nō potuerit dei/icere per diffidentiam: conetur superare per gloriā. Vicium est enim rectis actionibus superbię malum. & de proximo semper uirtutibus insidiatī elatio. quia difficile ē ut lauda/biliter uiuentem laus non capiat: nisi ut scriptum est: qui gloriatī in dn̄o glorietur. Cuius uero ille hostis nequissimus non audeat impugnare ꝓpositū: cuius non appetat uiolare ieiunium: quando uersutias suas sicut euangelica lectione

patefactum est: nec ab ipso mundi saluatore continuit. Expauescēs enim in illo quadraginta dierum noctiūq; ieiuniū explorare callide uoluit: utrum hanc continentiam donatā haberet an propriam: ut non metueret deceptionum suarꝫ opera soluenda: si Christus eius esset conditionis cuius est corporis. Primo itaq; dolo scrutatus est: an ipse esset sub/stantiarum creator. qui rerum corporearum, posset in quo uellet mutare naturas. Secūdo an sub hūanę carnis specie diuinitas obumbrata tegeretur: cui facile esset peruiū sibi aera facere: & terrena per uacuum membra librare. Sed cū illi dominus iustitiam maluisset opponere ueri hominis: ꝙ potētiā manifestare deitatis ad hoc cōuertit tertię fraudis ingenium ut eum ī quo diuinę potestatis signa cessauerāt: dominandi cupiditate temptaret: & ad uenerationem sui regna mundi pollicendo traduceret. Sed prudētiā diaboli stultam fecit sapientia dei: ut superbus hostis hominē uidēs quem aliquando superauerat: nō metueret eum persequi: quem pro oībus oportebat occidi. Huius igitur aduersarii dolos non solū illecebris gulę sed etiā in ꝓposito abstinētię caueamus. Qui enim sciuit humano generi mortem inferre per cibū: nouit et per ipsum nocere ieiuniū. & ad cōtrarię fraudis effectū famulis utendo manicheis: sicut ꝑ serpentē intulit interdicta pręsumi: ita per famem suadet concessa uitari. Utilis quidem est abstinentia quę parco assueta uictu deliciarum cohibet appetitū. Sed uęh illorū dogmati apud quos etiam ieiunādo peccatur. damnāt creaturarū naturā in creatoris iniuriā & contaminari edentes asserūt iis: quorꝫ nō deum sed diabolum conditorem esse definiunt cū prsus nulla sit substantia mala: nec ipsius mali sit ulla natura. Oīa enim bona bonus autor instituit. & unus ē uniuersarū rerꝫ creator qui fecit cęlum & terram, mare et omnia quę in eis sunt. Ex quibus quicqd homini ad cibū potūq; cōcessum est: sanctum & mundum est in sui generis qualitate. Quod si immoderata auiditate sumatꝛ: nimietas edaces & bibaces dedecorat: nō cibi neq; poculi natura contaminat. Omnia

enim sicut apostolus ait: munda sunt mūdis. Coinquinatis enim & infidelibus nihil est mundum. sed coinquinatę sunt eorꝝ mens & conscientia. Vos autem dilectissimi catholicę matris sancta generatio. quos in schola uirtutis spiritus sanctus erudiuit: libertatem uestram congrua ratione moderamini. scietes quoniam bonum est, & a licitis abstinere: & cum castigatius uiuendum est: ita discernere cibos ut usus eorum semoueatur: non natura dānetur. Nulla itaq uos contagionis huius aspergat impietas: qui sua maxime obseruātia polluunt: seruientes creaturę potius q̄ creatori. & luminaribus cęli stultam abstinentiam deuouentes. quos nemo ambigat esse manichęos. qui ī honorem solis ac lunę die dominico & secunda feria deprehensi fuerunt ieiunare. Vno enim puersitatis suę opere bis impii bis pꝓbani sunt: qui ieiunium suū & ad siderum cultum & ad resurrectionis Christi instituere contēptū. Abdicant enim se sacramento salutis humanę & Christum dn̄m nostrum sicut in ueritate carnis nostrę denegant natum: ita mortuum uere & resurrexisse nō credunt. Et ob hoc diem salutis & leticię nostrę sui ieiunii merore condēnant. cumq ad tegendū infidelitatē suam nostris audeant interesse mysteriis: ita in sacramētoꝝ cōmunione se temperant: ut interdum tutius lateant ore indigno corpus Christi accipiūt. sanguinē autē redēptiōis nostrę haurire oīno declinant. Quod ideo uestrā uolumus scire sanctitatē: ut uobis huiuscemodi homines & his manifestentur indiciis: & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio notati & proditi a sanctoꝝ sotietate sacerdotali autoritate pellant̄. De talibus enī beatus Paulus Apostolus ecclesiam dei prouide monet dicēs: Rogamus autem uos fratres ut obseruetis eos q dissensiones & offendicula ꝑter doctrinā quā audistis faciūt. & declinate ab iis. huiusce mōi enim Christo dn̄o non seruiunt. sed suo uentri. & ꝑ dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocētiū. His ergo dilectissimi admonitiōibus nostris q̄s auribus uestris cōtra execrabilē sectam frequenter ingessimus sufficiēter

instructi. sanctos q̃dragesime dies pia deuotõne suscipite. & ad promerendam misericordiam dei per opera uos mise/ricordię pparate. irã extiguite. odia deponite. unanimitatẽ diligite. & sinceris uos humilitatis officiis ĩuicẽ preuenite. Seruis & his qui uobis subiecti sunt: cũ ęquitate dñamini. Nullus eorum aut claustris crucietur aut uinculis. cessent uindictę. remittãtur offensę. seueritas lenitate. indignatio mãsuetudine. discordia pace mutet̃. Omnes nos modestos omnes placidos omnes experiantur benignos: ut ieiunia nostra accepta sint deo. Cui ita demum sacrificium uerę abstinẽtię & uerę pietatis offerimus: si nos ab omni malitia contineamus. Cum inimicis autem crucis Christi nulla cõ/sensione iungamur: ne impiorum cõsortio sanctitas fideliũ polluatur. Lux separetur a tenebris. & fugiãt filios diaboli filii ueritatis. In templum enim domini quod est ecclesia Christi nil contaminatum inferri nil prophanum oportet admitti: ut omni ĩmundicia a penetralibus cordis exclusa sanctificetur ieiunium nostrum: & simus ęterni sancti spũs habitaculum qui nos a peccatorum sordibus emundatos & possidere dignet̃ semper & regere. Secunda igit̃ & quarta et sexta feria ieiunemus. Sabbato autẽ apud sanctũ Petrũ uigilias celebremus. qui cõmendati sibi gregis curã habere non desinens custodiam nobis de suis precibus obtinebit auxiliãte deo nobis per omnia cui cum filio & cum spiritu sancto una est deitas una maiestas in sęcula sęculoꝝ. Amen.

Apostolica dilectissimi doctrina nos admonet. ut de/ponamus ueterem hominem cum actibus suis. & de die in diem conuersatione renouemur. Si enim templum dei sumus: & mentiũ nostrarum spiritus sanctus habitator est: dicente apostolo: Vos estis tẽplũ dei uiui: multa nobis uigilãtia laborandum est: ut cordis nostri receptaculũ tãto hospite non sit indignum. & sicut in domibus manufactis laudabili diligentia ꝓuidet̃: ut siquid aut infusiõe hymbriũ

aut turbine procellarũ uel ipa fuerit antiquitate corruptũ: in integrum cura restituat: ita iugi oportet sollicitudine præcaueri: ne quid in nostris animis incompositum: ne quid inueniatur immundum. Quãuis enim ędificium nostrũ sine ope sui non subsistat artificis: nec fabrica nostra possit esse incolomis nisi ei protectio prefuerit conditoris: tamẽ quia rationabiles lapides sumus: & uiua materies, sic nos autoris nostri extruxit manus, ut cũ opifice suo, etiã is qui reparatur operet. Gratię igit̃ dei obediẽtia se humana nõ subtrahat. nec ab illo bono sine quo non potest bona esse: deficiat. At si qd sibi impossibile aut arduum in mandatorũ effectibus reperit: non in se remaneat: sed ad iubentem recurrat. qui ideo dat pceptũ. ut excitet desiderium. & prestet auxiliũ. dicente Propheta, iacta in deum cogitatum tuum & ipse te enutriet. An forte insolenter quisquã ita superbit: & ita se illesum ita imaculatũ esse psumit: ut nullius iã renouatiõis indigeat? Fallitur prorsus ista persuasio. & nimia uanitate ueterascit. Quicunq; inter tẽptationes huius uitę ab omni se uulnere credit imunem, plena oĩa pculis plena laqueis. Incitant cupiditates, insidiantur illecebrę. blandiunt̃ lucra. damna deterrent. Amarę sunt obloquẽtiũ linguę. nec semp ueracia sunt ora blãdientium. ut facilius sit uitare discordẽ: q̃ declinare fallacem. In ipsis autem uirtutibus obtinendis. tam dubius modus, & tam incerta discretio est: ut si quisq̃ inter bonorum, malorumq; confinia subtilissimi discriminis potuerit seruare mensuras: difficile sit: ut bene sibi consciã probitatem obtrectantiũ lingua non mordeat. & iniquorũ euadat opprobria: cui est amica iusticia. Iam cum ad ipsas rerum temporalium uarietates cogitatio humana cõuertit: quantę se opponunt caligines: quanti se paruarũ opinionũ oboriuntur errores. ut de obiectu contrariorum, sumatur materia querelarum. Nam licet omnium fideliũ corda non dubitent nullis huius mundi partibus nullisq; temporibus prouidẽtiam abesse diuinã: nec de stellarum potestate quę nulla est: secularium negotiorum pendere prouentus. Sed

ęquissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi: sicut scriptū est uniuersę uię domini misericordia & ueritas: tamen cū quędam non secundū desideria nostra procedūt: & sub humani iudicii errore superior est plerūq; iniqui causa q̄ iusti: uicinum nimis atq; contiguum est: ut etiā magnanimos ista concuciant. & in aliquod illicitę cau/sationis murmur impellant. Siquidē istis uarietatibus etiā excellentissimus propheta deo usq; ad piculum se turbatū profitetur: et dicit. Mei autem pęne moti sunt pedes. pęnē effusi sunt gressus mei. quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum uidens. Vnde quia paucorum est tam solida fortitudo: ut nulla inęqualitatum perturbatione quatiat: & multos fidelium non aduersa tantum sed etiam secunda corrumpat: sanandis uulneribus quibus humana infirmitas sauciat: diligens est adhibenda curatio. Ideo enī de piculis quibus mundus hic plenus est: quedam breuiter pcucurri: ut dicēte scriptura. quis gloriabitur castum se habere cor: aut mundū se esse a peccato: omnes sibi intelligāt delictor; indulgentiam & reparationis necessariam esse medicinam. Quando autem opportunius dilectissimi ad remedia diuina recurrimus q̄ cū ipsa nobis sacramenta redēptionis nostrę temporum lege referuntur: quę ut dignius celebremus: saluberrime nos quadraginta dierum ieiunio prępparemus. Non enim ii tantum qui per mortis Christi resurrectiōisq; mysteriū in nouam uitā baptismo sunt regenerāte uēturi: Sed etiam oēs populi renatorum utiliter sibi & necessarie presidiū huius sanctificationis assumunt. illi ut quę nōdum habent: accipiant. isti ut accepta custodiant. Dicēte nanq; apostolo: Qui stat: uideat ne cadat. Nemo ē tāta firmitate suffultus: ut de stabilitate sua debeat esse securus. Vtamur igitur dilectissimi temporis uenerabilibus institutis. & solli/citiore cura cordis nostri specula tergamus. Quantunlibet enim caste & sobrie mortalis hęc uita ducatur: quodā tamē puluere terrenę conuersationis aspergitur. & nitor mētium ad dei imaginem conditarū non ita a fumo totius uanitatis

alienus ẽ: ut nulla poſſit ſorde fuſcari. & nõ ſemꝑ indigeat expoliri. Quod ſi etiã caſtiſſimis animis neceſſariũ ẽ: quãto illis amplius eſt expetendum: qui tota forte anni ſpatia aut ſecurius aut forte negligentius tranſierunt. quos caritate debita cõmonemus: ut non ideo ſibimet blandiantur: quia nobis conſciẽtię ſingulorum patere non poſſunt. cũ oculos dei ſimul uniuerſa cernentes non abdita locorũ nõ parietũ ſepta ſecludant. nec ſolum ei acta & cogitata ueꝝ & agẽda & cogitanda ſint cognita. Iſta ergo ſcientia ſummi iudicis iſte eſt tremendus aſpectus: cui peruium eſt omne ſolidũ. & apertũ oẽ ſecretũ. cui obſcura clarent. muta reſpõdent. ſilentium cõfitetur. & ſine uoce mens loquitur. Nemo pa/tientiam bonitatis dei de peccatorum ſuorum impunitate contẽnat. nec ideo illũ ęſtimet non offenſum: quia necdum eſt expertus iratum. Non ſunt lõge uitę mortalis inducię. nec diuturna eſt licentia inſipientiũ uoluptatũ in ęternaꝝ dolorẽ tranſitura pęnaꝝ. ſi dum iuſticię ſententia ſuſpẽdit: pęnitentię medicina non quęritur. Confugiamus igitur ad pręſentem ubiqꝫ miſericordiam dei. & ut ſanctũ paſcha dñi digna obſeruantia celebretur: cunctorum ſe fideliũ corda ſanctificent. miteſcat ſęuitia. manſueſcat iracũdia. remittat ſibi omnes culpas inuicem ſuas. nec exactor ſit uindictę: q̄ petitor eſt uenię. Dicẽtes enĩ Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: duriſſimis nos uinculis illigamus: niſi quod profitemur impleamus. Vnde & ſi orationis huius ſacratiſſimũ pactum nõ tota cõditione ſeruatũ eſt: nunc ſaltẽ conſcientiã ſuã unuſq̄ſqꝫ cognoſcat. & alienis ignoſcẽdo delictis abolitionem ſuorum obtineat peccatorum. dicente nanqꝫ domino: Si dimiſeritis hõibus peccata eorum: dimittet & uobis pater ueſter qui in cęlis ẽ: delicta ueſtra. Non longe ẽ ab unoquoqꝫ quod poſcit: cum de benignitate ſupplicis ſentẽtia pendeat iudicantis. Qui humanarũ pręcũ miſericors & iuſtus auditor ęquitati ſuę de noſtra lenitate pręſcripſit. ut non haberet in eos ius ſe/ueritatis: quos non inueniſſet cupidos ultionis. clementes

autem & mites animos etiam largitas decet. Nihil est enim dignius q̃ ut homo sit sui autoris imitator. & secūdū modū propriē facultatis diuini sit opis executor. Nam cū alũtur ęsurientes: uestiuntur nudi: fouentur infirmi: nonne auxiliū dei manus explet ministri: & benignitas serui munus ē domini: qui cum ad effectus misericordię suę adiutore non egeat: ita suam omnipotētiam temperauit: ut & laboribus hoīm p hominibus subueniret. Et merito deo gratię referrent de pietatis officiis cuius opa uiderent in famulis. Propter quod ipse dominus discipulis ait: Sic luceat lux ura coram hominibus: ut uideant opa uestra bona: & magnificēt prēm uestrū qui est in cęlis. Qui cum eodem patre & spū sancto uiuit & regnat in sęcula sęculorum benedictus Amen.

Semper quidem dilectissimi misericordia domini plena est terra. & unicuiq; fideliū ad colendū deū ipsa rerū natura doctrina est: dum cęlū & terra mare & omnia quę in eis sunt: bonitatem & omnipotentiā sui ptestant autoris. & famulantiū elemētorū mirabilis pulchritudo. iustam ab itellectuali creatura grãz exigit actionem. Sed cum ad istos dies recurrit: quos specialius reparatōnis sacramēta signarunt: & qui uicino ordie atq; contiguo festum paschale pręcedunt: diligentius pręparatio religiose purificationis nobis indicit. Quãuis enim in quolibet tēpore innocens uita sit multorum: & plurimos deo bonorum actuum consuetudo commendet: non adeo tamen de conscientię integritate fidendum est: ut humanā fragilitatem inter scandala temptationesq; degentem nihil potuisse arbitremur: quod lęderet: incidere. Cum propheta excellentissimus dicat: quis gloriabitur castum se habere cor: aut mundum se esse a peccato: & iterum: Ab ocultis meis mūda me: domine. & ab alienis parce seruo tuo. Si aūt quod experimentis probatur: talis conditio est eorum qui

concupiſcẽtiis renituntur qui iracũdię motibus reluctanť: & ipſarum quoqʒ cogitationum arcana caſtigant: ut & nũq̃ poſſint in cordibus ſuis nõ inuenire quod reprobẽt: & ſepe aut fallanť occultis: aut decipiantur alienis: quę in aliis uitia: quę ęgritudines & quanta ſint uulnera: quibus auſterior ſit adhibẽda medicina: ut illus ſacramenti per quod ſoluũtur o.pa diaboli: non inueniantur alieni. Paſchalis quippe feſti/uitatis hoc propriũ eſt: ut tota ęcclesia remiſſione gaudeat peccatorũ: quę non in eis tantum fiat: qui ſacro baptiſmate renaſcunť: ſed etiam in eis qui dudum in adoptiuoꝝ ſorte numerantur. Quãuis enim principaliter nouos hoĩes faciat regenerationis ablucio: quia tamen ſemp̄ neceſſaria ẽ oĩbus contra rubigĩnẽ mortalitatis quotidiana renouatio: & inter profectuum gradus nullus eſt qui non ſemper melior eſſe debeat: generaliter adnitendum eſt: ut in die redemptionis nemo inueniať in uitiis uetuſtatis. Quod ergo dilectiſſimi in omni tempore unũquenqʒ conuenit facere chriſtianũ: id nunc ſollicitius eſt & deuotius exequendum: ut apoſtolica inſtitutio quadragita dierum ieiuniis impleatur nõ ciboꝝ parcitate tantũmodo: ſed priuatione maxime uitioꝝ. nam cum ad hoc caſtigatio iſta ſumatur: ut carnaliũ deſiderioꝝ fomites ſubtrahantur: nullũ magis ſectandũ eſt cõtinentię genus: q̃ ut ſemper ſimus ab iniuſta uoluntate ſobrii: & ab inhoneſta actõne ieiuni. quę deuotio nõ omittit ęgros: non ſecernit inualidos: quia & ĩ languido atqʒ inutili corp̄e põt animi integritas reperiri: ſi ubi ſint ſedes prauitatis: ibi con/firmentur fundamenta uirtutis. & ideo infirmę carnis iſta ſufficit ęgritudo: quę ſepe menſuram uoluntarię afflictiõis excedit, tantum: ut mens offitii ſui impleat partes. & quę corporea epulatione non utitur: nulla iniquitate paſcatur. Rationabilibus autem ſanctiſqʒ ieiuniis nulla utilius q̃ ele/moſinarum opera copulantur. quę uno miſericordię nõie multas laudabiles pietatis continet actiones: ut oĩm fideliũ pares animi eſſe poſſint: etiã iter ĩpares facultates. Dilectio enim quę ſimul deo hominiqʒ debetur: nullis unq̃ impediť

obstaculis. ut non ei semp bene uelle sit liberum. dicētibus quippe angelis Gloria ī excelsis deo: & ī terra pax hoībus bone uoluntatis. Non solum uirtute beniuolentię sed etiā pacis bono beatus efficitur quicūq; aliis quacunq; miseri/cordia laborantibus caritate cōpatitur. latissima enim sunt opa pietatis: quę ipa sui uarietate id ueris cōferūt xpianis: ut in distributione elemosinarum nō solum diuites & abū/dātes sed etiā mediocres babeant portiones: & q largitatis sunt uiribus inequales mentis tamen affectione sint similes nā cū sub oculis domini multi in gazophylatio ex opulētia sua multa conferrent: uidua quędam duos intulit nummos: & talis Iesu Christi testimonio meruit coronari: ut in tam paruo muneris modo omnium fuerit collationi condigna preferri: quia inter magna eorum dona, quibus multa resi/debāt illius quod fuit exiguum: fuit totum. Si uero aliquis tante pauptatis coartaẽ angustiis: ut nec ad duo ęra inopi impartienda sufficiat: babet in pręceptis dñi unde impleaẽ bonę uolūtatis offitium. siquidem qui sitienti paupi calicē aquę frigidę ministrarit: mercedem est sui opis adepturus. tanta seruis suis dño ad obtinendum regnū suū pręparāte compendia: ut etiā prębitio aquę cuius usus gratuitus atq; cōmunis est: premio nō careret. quod ne ulla intercluderet difficultas: de aqua frigida forma est proposita pietatis ne putaret se mercede cariturū: cui de calefactiōe potus lig/norum impendiū defuisset. de quo tamen calice frustra nō admonet dominus: ut in nomine ipsius prębeatur: quia bęc quę p se sunt uilia: fides efficit pciosa. & quę ab infidelibus ministranẽ & si fuerint sumptu magna: oī tamē iustificatiōe sint uacua. Celebraturi igiẽ pascha domini dilectissimi: ita uos sanctis exercete ieiuniis: ut ab oībus pturbatiōibus liberi ad festa sacratissima ueniatis. supbię spiritus de quo sunt omnia orta peccata bumilitatis amore pellatur. & qui elatōne tumuerant: mansuetudine mitigentur. quoꝝ uero animos aliqua exasperauit offensio: reconciliatione sibimet in unitatem studeant redigere concordię. Nemini malum

pro malo reddẽtes: & donantes inuicem uobis: sicut Xpus donauit nobis. humanas inimicicias pace delete. & si qui de subditis uestris aut claustra custodię aut uicula meruerit: misericorditer relaxentur: ut qui quotidianę indulgentię remediis indigemus: non difficulter peccatis ignoscamus alienis. dicentes enim ad patrem dominum nostrũ Dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Certissimum est quod cum aliorum delictis ueniã tribuimus: nobis diuinã clementiã pręparamus. Per Xpũm dominum nostrum Amen. EIUSDEM DE PASSIONE ET RESURRECTIONE DOMINI SERMO SECUNDUS.

Virtus dilectissimi & sapientia fidei xpianę amor dei ẽ: & amor pximi. nec ullo caret pietatis offitio: cui studium est colere deum: & iuuare conseruum. Harum autem affectionum duplex unitas, omni quidem est tpe exercẽda. & proficienter augenda. sed nunc incrementis amplioribus dilatãda. & q̃dragintα dieꝝ ieiunium: quod festi pascbalis est preuium: interiorem cordis auditum illius uocis instar moueat: q̃ uerbis Esaię pphete Iohannes baptista dicebat parate uiam dñi: rectas facite semitas eius. Siue enim illam partem populi cogitemus: quę dudum certamina euãgelici agonis ingressa per spiritalis studii cursum idesinẽter tẽdit ad palmam: siue illam quę letalium conscientiam peccatoꝝ per reconciliationis auxilium festinat ad ueniam: siue illam quę sancti spiritus regenerãda baptismate, uetustate Adam exui: & Xpi cupit nouitate uestiri: aperte & utiliter oĩbus dicitur: parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Quę autem uię domini: quę sint semitę: eiusdẽ predicatoris cohortatione discamus: q diuine gratię opa & dona pmittẽs futurarum cõmutationũ referabat affectus. addẽs sentẽtiã prophetici sermonis: & dicens: omnis uallis implebit: & oĩs collis & mõs humiliabitur. & erũt praua in directa: & aspa in uias planas. uallis taq3 mãsuetudinem: mons & collis elationem indicat superborũ. Sed quia sicut ueritas dicit: qui se humiliat: exaltabit: & qui se exaltat: humiliabit: merito

& uallibus adimpletio & montibus est annuntiata depsīio: ut & plana nihil offensionis & directa nihil habeāt prauitatis. Quanuis enī angusta & ardua sit uia: quę ducit ad uitā: non tamen difficulter incedit: quem ueritas confirmat & pietas: nec caret delectatione gradiendi: cuius iter efficit uirtutum petra solidum: non uiciorum arena succiduum. Verum & ut plenius nouerimus per cuiusmodi uias nobis sit ad promissa dei tēdendum: audiamus Dauid ꝓphetam qd doceat. Vniuersę uię dñi misericordia & ueritas. Forma igitur conuersationis fidelium ab exemplo uenit operum diuinorum. & merito deus imitationem ab eis exigit: quos ad imaginem & similitudinem suam fecit. Cuius utiq; glorię dignitate non aliter potiemur: q̄ si in nobis misericordia inueniat̄ & pietas. Per quę enī ad saluādos Saluator aduenit: per hęc ad saluantem debent properare saluandi. ut & nos misericordia dei misericordes: & ueritas faciat esse ueraces. Sicut itaq; per uiam ueritatis mens iusta ita per uiam mię ambulat mens benigna. Nec tamē unq̄ itinera ista diuersa sunt: q̄si borū bonoꝝ singula diuersis tramitibus expetāt. & aliud sit misericordia crescere: & aliud ueritate ꝓficere. Non est misericors ueritatis alienus. nec iusticię capax est ueritatis extraneus. nec utraq; uirtute utit̄. qui non utraq; ditatur. Caritas robur fidei. fides fortitudo est caritatis. & tunc uerum nomen ac uerus est fructus ambarum: cum insolubilis utriusq; manet cōnexio. Vbi enī nō simul fuerit: simul desunt: quia inuicē sibi & iuuamē & lumē sint: donec desiderium credulitatis impleat remuneratio uisiōis: & incōmutabiliter uideatur: & ametur: quod nunc & sine fide non diligitur. & sine dilectione nō credit̄. Quia ergo sicut apostolus ait: in Christo Iesu nec circuncisio aliquid ualet: neq; pręputiū: sed fides quę per dilectionem operat̄. simul atq; cōiunctim & caritati studeamus: & fidei. Hic est enim quidam efficacissimus geminarum alarum uolatus quo ad promerendum & uidendum deum. puritas mentis attollit̄: ne onere curaꝝ carnaliū deprimat̄. Nam qui ait ipossibile

eſt placere ſine fide deo: idem ait: Si habuero omnē fidem: ita ut mōtes transferam: caritatem autem non habeā: nihil ſum. Vnde ſacramentorꝫ paſchaliū diuina myſteria digno ſuſcipiantur offitio & duo hęc in quibus omniū pręceptorꝫ doctrina concurrit: ſtudioſius appetantur: quibus ſinguli quiqꝫ fidelium & ſacrificium deo efficiantur: & tēplū. Inſtet fides ſperare: quod credit. inſtet caritas propitiare quod diligit. utrūqꝫ amantis utrūqꝫ credētis eſt. & cui ītelligētie cōceſſiōe ſubiicimur: eidem pietatis imitatione iungamur. uox dei eſt: Sancti eſtote: quia ego ſum ſanctus. & uox dñi eſt: Eſtote miſericordes: ſicut & pater ueſter miſericors ē. Ac ne dubitemus deo tribui: qđ īpenditur īdigenti. Diſpē/ſatores elemoſinarum qui cōmercia ineant: audiamus dño dicēte: quę futura ſit iudicii ſui forma: cū dicet ad dexterā collocandis: Venite benedicti patris mei: poſſidete ꝑatum uobis regnū a conſtitutione mūdi. Eſuriui enim: & dediſtis mihi manducare. Sitiui: & dediſtis mihi bibere: peregrinus erā: & collegiſtis me. Nudus erā: et coopuiſtis me. Infirmus: & uiſitaſtis me. In carcere erā: & ueniſtis ad me: querētibus autem iuſtis quando & qualiter potuerūt iſta rependere: reſpondens rex dicit illis: Amen Amen dico uobis quādiu feciſtis uni ex minimis fratribus meis mihi feciſtis. Quid hoc ope fructuoſius? qđ hac humilitate fęlicius? quę utiqꝫ laude ſua fraudanda nō eſſet: ſi propter ipſam naturę com/munionem iuuando homini ab homine pręberetur. Sed qa quod nō ex fidei ꝓcedit fonte ad ꝑmia ęterna nō ꝑuenit. Alia eſt conditio operum cęleſtium: alia terrenorꝫ. mūdana beniuolentia in iis quos adiuuat habet finē. Xp̄iana pietas in ſuū tranſit autorem: dum in ipſum dicamur benigni: quē in nobis fatemur operari: dicente domino Sic luceat lux ueſtra coram hominibus: ut uideant opera ueſtra bona & magnificent patrem ueſtrum qui in cęlis eſt. Gaude igitur mēs fidelium: & gloriam tuam in eius gloria qui in te opat̄: agnoſcens: de ipſa paſchali feſtiuitate ferueſce. debiti enim tui eſt: ut ei qui pro omnibus paſſus eſt: paratus ſis cōpati.

Quoniam pia uita sanctorum nūq̄ aliena est crucis Christi: dum continētię clauis desideria carnis configit: & corpeas cupiditates uirtute spūs in se habitantis interficit. Difficile est quenq̄ in se nō habere quod perimat. Extinguenda est iracundia. mortificandia supbia. destruēda luxuria. Radix quoq; auaricię altius prosequenda: ut omniū maloꝝ germē excidi ualeat: si eorum potuerit fomes euelli. Cum autem hac idulgētia idesinenter sit aīmus excolēdus: & utēdū ita sit corpe: ut rectori suo necessariū pr̄ebeat natura inferior famulatū: nunc maxime frenis continentię caro moderāda est: & quicquid sublimibus desideriis obuiat amputandum. Dum enim cōgruis purificationibus ad celebrandū pascha domini utraq; substantia pr̄eparatur: pro futuro omni tp̄e consuetudo nutriť: seuera in subditos imperia detumescāt. Cesset uidicta peccati. & rei criminū ad hos dies pueniſſe gaudeant. ī qbus a sanctis piisq; principibus. etiā publicaꝝ austeritas remittitur ultionum. Aboleantur odia. deficiant simultates. pacis & beniuolentię multiplicentur effectus. & qui potuit malicia pollui: studeat benignitate purgari. Quoniam iudicium dei sicut immitibus uehemens: ita erit misericordibus clemens. Et detrusis in ignē gehēnę ꝑpter inhūanitatē sinistris: dexteros elemosinaꝝ pietate laudatos ęterna celestis regni beatitudo suscipiet. Per dn̄m nostrū Iesum Christum: qui cum pr̄e & spū sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

DE PASSIONE ET RESVRRECTIONE EIVSDEM SERMO. III.

DEuotionis qdē uestrę dilectissimi nouimus hunc esse feruorē: ut ieiuniis quę dn̄i pascha pr̄ecurrunt multi nostros pr̄euenia tis hortatus. Sed quia utilitas abstinentię nō solū carnis castigationi: uerum etiam mentis necessaria est puritati: obseruantiam uestram sic cupimus esse pfectā: ut sicut desideriis carnis resciditis uoluptates: ita ab animi sensibus excludatis errores. Nā paschali festo in quod oīa religionis nostrę sacramēta concurrunt: Is uera & rōnabili

purificatiōe se preparat:cuius cor nulla īfidelitate polluit. dicente etiā apostolo:Omne quod nō est ex fide : peccatū est. Inutilia erunt & uana eorum ieiunia:quos illusionibus suis decipit mendacii pater. & uera Christi caro nō pascit. Sicut ergo diuinis mādatis saneq; doctrinę toto corde famulādum ē:ita oī prudentia ab ipsis ē sensibus abstinēdū. tunc enim mens sanctum agit atq; spiritale ieiunium : cum erroris cibos atq; uenena abiicit falsitatis:quę dolosis uersuciis atq; inimiciciis nunc insidiosius ingerit:quando ipso uenerandę festiuitatis recursum oīs ecclesia ad intelligenda salutis suę mysteria generaliter cōmouetur .Is enim resurrectionis Xpi uerus cōfessor & cultor ē:qui & de passione eius nō confunditur. & de corporea natiuitate nō fallitur. Nam quidam erubescentes euangelium crucis Christi ut audentius euacuarēt susceptum pro mundi redemptione supplicium ipsam uerę carnis in deo negauere naturā.non intelligentes impassibilem dei uerbi atq; inconnumerabilē deitatem ita inclinatam ad humanam naturam & ad eius salutē:ut & potēter propria nō amitteret:& misericorditer nostra susciperet. Duplicis itaq; in Christo formę una psona ē & filius dei idēq; filius hominis unus est dñs:cōditionem seruilem consilio pietatis recipiens:nec legem necessitatis incurrēs.quia potestate factus ē humilis.ut ad destruēdū peccati mortisq; dominatum & pęne capax esset substantia infirmitatis.& nihil glorię suę pderet natura uirtutis . Cū itaq; dilectissimi legentes uel audientes euangeliū.quedā in domino nostro Iesu Christo cognoscitis subiecta iniuriis : quędam illustrata miraculis:ita ut in eodem nunc humana appareant:nunc diuina resplendeant. Nolite quicq̄ horum ascribere falsitati.tāq̄ in Christo, aut sola sit humanitas,aut sola diuinitas. sed utrunq; fideliter credite. utrunq; hūiliter adorate. ut in unitate uerbi & carnis non sit ulla diuisio:nec quia manifesta fuerunt in Iesu signa diuina:falsa uideantur documenta corporea. uera & copiosa sunt in Christo utriusq; testimonia naturę. ad hęc ex diuini consilii altitudine

concurrẽtia ut uerbo inuiolabili non separato a carne pas/
sibili particeps per oĩa intelligatur & deitas carnis & caro
deitatis. Mens igitur christiana fugax mendacii discipula
ueritatis utere fidenter euangelica historia: & quę fideliter
& uisibiliter sunt gesta per dominum tanq̃ ipsa aggregata
cum apostolis nunc spiritali intellectu nunc corporeo dis/
cerne conspectu. Da homini quod de muliere puer nascit̃.
Da deo quod nec conceptu lęditur uirginitas materna nec
partu. formam serui obuolutam pãnis iacentem in pręsepe
cognosce. sed ãnuntiatã ab angelis declaratam ab elemẽtis
adoratã a magis formã domini confitere. Humanũ ĩtellige
quod nõ declinauit nuptiale conuiuium: diuinum approba
q aquã conuertit in uinum. Nostra tibi ĩnotescat affectio.
cũ mortuo amico fletus impendit diuina potentia sentiat̃.
cum idem post quatriduanam iam fetidus sepulturam solo
uocis imperio uiuificatus erigitur. lutum de sputo & terra
fieri corporei fuit operis: sed illinc superlitos cęci oculos
illuminari nõ dubiũ est illius fuisse uirtutis: quę quod prin/
cipiis naturę non dederat: ad manifestationem suę glorię
reseruauit. ueri est hominis fatigationem corpoream somni
releuare quiete. Sed ueri dei est uim sęuientium pcellarũ
pręcepti increpatione compescere. cibos esurientibus ap/
ponere humanę benignitatis est. & sotialis est aĩ. sed quĩq;
panibus & duobus piscibus quinq; milia uirorum exceptis
mulieribus & paruulis satiare: quis negare audeat opus esse
deitatis? que operantibus secũ uerę carnis offitiis & se hoĩ
& hominem sibi inesse monstrabat. quia nõ aliter in hũana
natura sanari poterãt originalis uulnera uetustatis: nisi de
utero uirginis carnẽ sibi assumẽte dei uerbo in una eadẽq;
psona simul & caro nasceretur & uerbum. Hãc dilectissimi
incarnationis dominicę fidem per quã tota ecclesia corpus
ẽ Christi: incõcusso corde seruãtes ab omnibus hęreticorũ
ieiunate mendaciis. & ita uobis misericordię opera credite
profutura: ita fructuose habẽdam continentię puritatem:
si mentes uestrę nulla prauaʀ opinionum contaminatione

sorduerint. Abiicite exosa dño mūdanę argumēta sciētię: per quam nemo ad cognitionem ueritatis potuit puenire: & hoc fixū habete in aīo quod dicitis in symbolo. Credite consempiternum filium dei per quem facta sunt omnia: & sine quo factum est nihil. Secundum carnem quoq; in fine temporū generatum. Credite hūc corporaliter crucifixū. mortuum. suscitatū. & super altitudines cęlestiū dñationū eleuatum in patris dextera constitutum, ad iudicandum uiuos & mortuos in eadem carne qua ascēdit uenturę. hoc enim uniuersis fidelibus apostolus prędicat: si cōsurrexistis cum Christo quę sursum sunt quęrite: ubi Christus est in dextera dei sedens, quę sursum sunt sapite: non quę super terram. Mortui enim estis: & uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria: habentes ergo dilectissimi tantę promissionis fiduciam estote non solum spe sed etiam conuersatione cęlestes. Et quis omni tēpore studendū sit sanctificationi mentis & corporis: nunc tamē in istis q̄dragita dierum ieiuniis sollicitioribus ucs pietatis operibus expolite: non solū in distribuendis elemosinis quę magnū habent emēdationis effectum: sed etiā i remittēdis offensionibus & peccatorum reatibus relaxādis: ut cōditio quam īter se & hominem deus posuit: nō resistat orātibus. Dicentes enim secūdum doctrinam domini. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: debemus toto corde implere quod dicimus. Tunc enī fiet: quod in sequentibus postulamus: ut et in temptationibus non inducamur. & a malis omnibus liberemur. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuum qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in sęcula sęculorum Amen.

## De festo paschali eiusdem sermo primus.

In omnibus dilectissimi sollemnitatibus christianis non ignoramus paschale sacramentum esse precipuum: cui condigne & congrue suscipiendo totius quidem nos tp̄is

institutа reformãt. sed deuotionem nostram presentes uel maxime dies exigunt: quos illi sublimissimo diuinę miseri/cordię sacramento scimus esse contiguos. in quibus merito a sanctis apostolis per doctrinã spiritus sancti maiora sunt ordinata ieiunia. & per cõmunę consortium crucis Christi & nos aliquid in eo qđ propter nos gessit: ageremus: sicut apostolus ait: Si cõpatimur: & glorificabimur: Certa atq secura est expectatio promissę beatitudinis: ubi est parti/cipatio dominicę passionis. Nemo est dilectissimi: cui per cõditionem temporis sotietas huius glorię denegetur: tãq tranquillitas pacis uacua sit occasione uirtutis. Apostolus enim predicat dicẽs Omnes q uolũt in Christo pie uiuere: persecutionẽ patientur. & ideo nunq deest tribulatio per/secutionis: si nunq desit obseruãtia pietatis. Dominus enim in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit crucẽ suam & sequitur me: non est me dignus. Nec dubitare debemus hanc uocem nõ solum ad discipulos Christi: sed ad cũctos fideles totamq ecclesiam pertinere: quę salutare suũ in his qui aderant: uniuersaliter audiebat. Sicut ergo totius est corporis pie uiuere: ita totius est corporis crucẽ ferre quę merito ferri unicuiq suadet: qa ppriis modis: atq mẽsuris ab unoquoq toleratur. unũ nomẽ est persecutionis: sed nõ una causa est certaminis. & plus plerũq periculi est in in/sidiatore occulto: q in hoste manifesto. Beatus Iob alter/nãtibus bõis ac malis mũdi huius eruditus pie ueraciterq dicebat: Nõne temptatio est uita hominis super terram? quoniam nõ solis doloribus corporis atq suppliciis anima fidelis impetitur: uerum etiam salua incolumitate mẽbro℞ graui morbo urgetur: si carnis uoluptate mollitur. Sed cũ caro cõcupiscit aduersus spiritũ. Spiritus autem aduersus carnem: prẽsidio crucis Christi mens rationalis instruitur: nec cupiditatibus noxiis illecta consentit: quoniã cõtinẽtię clauis & dei timore transfigitur. In bono ergo proposito constitutis inimicicię dissimilium diabolo instigante non desunt: & facile in odia prorũpunt: quorum improbi mores

detestabiliores fiunt comparatione rectorum. Iniquitas cũ iusticia non habet pacem. temperantiam odit ebrietas. fal/sitati nulla est cum ueritate concordia. non amat superbia mansuetudinẽ. petulantia uerecundiam. auaricia largitatẽ. & tam pertinaces habet diuersitas ista conflictus: ut etiam si exterius cõquiescat: ipsa tamen piorũ cordiũ penetralia inquietare non desinat: ut uerum sit: quod qui uoluerunt in Christo pie uiuere persecutionem patientur. Et uerum sit: q̃ omnis hec uita temptatio est ipsis experimentis suis unusquisq̃ fidelis edoctus Christi cruce armetur: ut Xp̃o dignus habeatur. Per istum uero agonem dilectissimi ad premia eterna tendẽtibus in eo maxime diaboli insidiatur astutia: ut quorũ peruertere non potest probitatẽ subruat fidem. In aliam enim transfertur uiam: quisquis a cõfessiõe ueritatis abducitur. totusq̃ eius cursus abscessio ẽ. et tãto erit morti uicinior quãto fuerit a catholica luce lõgingor. Quod etiam in diebus nostris per suam patiuntur incuriã: qui de spiritu olim destructi erroris olimq̃ dãnati ueterẽ insaniã conceperunt. qui geminã in Christo audent negare naturã: aut nõ susceptã carnis scilicet ueritate: aut in carnẽ deitate conuersa. ut aut secundum Manicheum nulla eius sit resurrectio: cuius nulla ẽ passio. aut secũdũ Apollinarẽ ipsa deitas uerbi mutabilis ipsa sit facta passibilis. hoc autẽ sentire hoc auribus christianis ingerere quid aliud est: q̃ ipsa religionis nostre fundamẽta cõuellere? & q̃ filius dei uerus sit filius hominis: denegare. In quo solo est humani generis restitutõ testificata per legẽ: promissa: p̃ pphetas: & omnibus ueteris testamenti significationibus nuntiata: ut magnũ illud & seculis oĩbus pfuturũ diuĩe misericordie sacramentũ quod sepe & diu fuerat signatum ĩ prestituto tpe nõ dubitaretur impletum. Vnde licet ex quo uerbum caro factum est: ita ĩ Christo dei atq̃ hominis una persona sit: ut ĩ nullis actionibus sit nature utriusq̃ diuisio: Studet tamen euangelica ueritas ipsum quem dei filium predicat: sepissime filium hominis cõfiteri. ut q̃uis ea que differunt:

alia sint hūanitatis:alia deitatis.sub nomine tamē h.u bois utraq; memorentur . nec fides dn̄m Iesum Xp̄m natum ex Maria uirgine deum simul atq; hominē creditura cōtēt fateri aut ī deo hūanitatē aut in hōie deitatē ut & ī uerbo suscepti hōis uera sit hūanitas:& in carne suscipientis dei uera maiestas.hęc dilectissimi per occasionē festi paschalis cui puritatē cordium preparare debemus:de incarnatione uerbi perstrinxisse sufficiat.quoniam aliquotiens hinc in/structos uos esse meministis. Nunc deuotionem uestram de eo quod tempus poscit:admoneo : ut sanctū ac salubre ieiuniū opis pietatis ornetis.& qa pro indulgētia maxime laborandū ē delictorum :Indubitabilē uobis misericordiā pmittatis:si ipsi quoq; circa subditos uros omnē offensam transtuleritis ad ueniam.Placidos enim atq; concordes ad tantā festiuitatē decet dei populus conuenire:ut seueritas ultionū quę nunc etiā ī publicis iudiciis relaxatur:multo/magis in xp̄ianoꝝ cordibus mitigetur . quia ad hoc potius intenta debet esse cura sanctorum·ne ullus algeat : ne ullus esuriat.ne quis inopia deficiat.ne quis merore tabescat.ne aliquē uincula astrictum ne aliquem hēat carcer inclusum. Quantelibet enim existant causę offensionis :ab hōie tamē in hōie non tam delicti magnitudo q̄ naturę est cogitanda cōmunio:ut de iudicio quo alterū iudicat: misericordiā dei iudicantis obtineat.Beati enim misericordes:quoniā ipsoꝝ miserebit deus:qui uiuit & regnat ī secula seculoꝝ.Amen .

## De festo paschali sermo eiusdem secundus.

INter omnes dilectissimi dies quos multis modis hono/rabiles habet christiana deuotio nullus est excellentior festiuitatate paschali p quā ī ecclia dei uniuersaꝝ solēnitatū dignitas cōsecrat.Siqdē etiā ipa dn̄i ex m̄re generatō huic fuit īpensa sacramento.nec alia fuit dei filii cā nascēdi q̄ ut cruci posset affigi .In utero eīm uirginis suscepta est caro mortalis.In carne mortali completa est dispositio passiōis. effectūq; ē ineffabili cōsilio misericordię dei ut esset nobis

ſacrifitium redemptiōis abolito peccati. & ad ęternā uitam iniciū reſurgendi. Conſiderantes autē qd per crucem dñi adepta ē uniuerſitas mūdi: cognoſcimus ad celebrādū paſ/chę diē merito nos quadraginta dierꝫ ieiunio pręparari: ut digni poſſimus diuinis intereſſe myſteriis. Nō eīm ſūmos tamen antiſtites aut ſecundi ordinis ſacerdotes. nec ſolos ſacramentorꝫ miniſtros ſed oīne corpus ecclię uniuerſumq; fideliū numerꝫ ab oībus cōtaminatiōibus oportet eſſe pur/gatum. ut tēplū dei cui fundamētū ē ipſe fundator: ī oībus lapidibus ſpecioſum & ī tota ſui pte ſit lucidū. Nā ſi regū ędes & ſublimiorꝫ prętoria poteſtatū oī ornatu rōnabiliter excolunt: ut excellētiora ſint eorū domicilia: quorꝫ āplıora ſunt merita: q̄to ope ędificandū q̄to ē bonore decorādum ipſius deitatis babitaculū? Quod licet incboari & pfici ſine ſuo autore non poſſit: babet tamen ab ędificāte donatū: ut etiā labore proprio quęrat augmētum. una eīm rōnabiliſq; materies ad extinctionē tēpli iſtius aſſumit. & p ſpūm grē ut uoluntarie in unā compagem cōgruat: incitat. quę ideo delecta ideo quęſita ē: ut & ipſa ex nō quęrēte quęrens & ex nō diligente diligens ſit dicēte beato Iobāne apoſtolo: Nos ergo diligamus: quia deus prior dilexit nos. Cum igit & oms ſimul & ſinguli quiq; fideliū unū ideq; dei tēplū ſint: ſicut pfectū boc ī uniuerſis ita pfectū debet eſſe ī ſingulis. quia & ſi non eadē eſt mēbrorꝫ oī pulcbritudo. nec in tanta uarietate partiū meritorꝫ poteſt eſſe parilitas: cōmunionē tamē obtīet decoris cōnexio caritatis. In ſancto enī amore cōſortes etiā ſi nō eiſdē utunt grę benefitiis: gaudēt tamē inuicē bonis ſuis. & nō pōt ab eis extraneū eſſe qd diligūt: q incremento diteſcunt pprio: qui pfectu letant alieno. In bac dilectiſſimi unitate ſanctorꝫ ubi idem amat: idē diligit: ideq; ſentit: nec ſuperbis locus ē. nec inuidis nec auaris. & qcqd ē illud: qd aut uanitas gloriat: aut ira ſęuit: aut luxu/ria laſciuit: nō in Xpi fędere ſed in diaboli parte cenſetur. lōgeq; a ſedibus pietatis excludit. fremit itaq; innocentię aduerſarius & pacis inimicus. & qa ipſe ī ueritate nō ſtetit

totāq; nature sue gloriam dum superbit amisit: dolet hoīem misericordia dei reparari. & in ea bona que ipe pdidit: ītro/
duci. Nec mirū: si peccati autor probitate recte agentium cruciat: & eoꝝ quos deiicere nō pōt: stabilitate torquetur.
qñquidē etiā inter hoīes reperiunt: q opa eius malignitatis imitent. Multi eīm qd dolendū ē: pfectibus urunt alienis.
& qui se uirtutibus uacuos despici nouerūt: armant ī odiū eoꝝ: quoꝝ nō sequunt exemplū. Serui aūt dei, & discipuli
ueritatis, etiā dissimiles diligūt. & bellū uitiis potius q̄ hoī/
bus indicūt. nulli malū p malo reddentes: sed correctionē peccātium semp optātes. pulchrum eīm ualde est: & diuine
beniuolentie compandum: sui queq; in altero meminisse. & amare ppriā, etiā ī hoste, naturā. Siqdē plurimos nouimus
in optimos mores transiisse de pessimis. ex ebriosis sobrios: ex crudelibus misericordes: ex rapacibus largos: ex incō/
tinētibus castos: ex ferocibus factos esse trāquillos. dicēte aūt dño: Nō ueni uocare iustos: sed peccatores: nulli xpi/
ano queq̄ odisse pmittit: qa nemo nisi ī remissiōe peccatoꝝ saluat. & quos uiles fecit carnalis sapiā: nescimus q̄ spe cōsos
ac pciosos spitalis sit factura gr̄a. sit ergo sanctus dei po/
pulus. sit benignus. sanctus ut declinet phibita. benignus ut faciat impata. Quāuis eīm magnū sit hr̄e rectam fidem:
sanamq; doctrinā: & multa laude digna sit circūcisio gule: lenitas mansuetudinis, puritas castitatis: nude sunt tamen
omnes, sine caritate uirtutes: nec pōt dici in qualibet moꝝ excellētia fructuosū: qd nō dilectiōis ptus ediderit. Vnde
in euāgelio dñs dicit: In hoc cognoscēt oīs: qa mei disci/
puli estis: si dilectionem habueritis adinuicē. Et in epistola eiusdē euāgelii legitur: Carissimi diligamus inuicē: quoniā
caritas ex deo est. & oīs q diligit, ex deo natus ē & cog/
noscit deū. & qui nō diligit: nō nouit deū: qm̄ deus caritas ē. discutiāt ergo se fideliū mētes. & ītimos sui cordis affec/
tus uera examinatiōe diiudicēt. ut si repositum aliquid in conscientiis suis de fructibus caritatis inuenerint: deū sibi
inesse nō dubitent. & ut magis magisq; tanti hospitis sint

ſacriſitium redemptiōis abolito peccati. & ad ęternā uitam iniciū reſurgendi. Conſiderantes autē qd per crucem dn̄i adepta ē uniuerſitas mūdi: cognoſcimus ad celebrādū paſ/che diē merito nos quadraginta dierꝫ ieiunio pręparari: ut digni poſſimus diuinis intereſſe myſteriis. Nō eīm ſūmos tamen antiſtites aut ſecundi ordinis ſacerdotes. nec ſolos ſacramentorꝫ miniſtros ſed oīe corpus ecclię uniuerſumqꝫ fideliū numerꝫ ab oībus cōtaminatiōibus oportet eſſe pur/gatum. ut tēplū dei cui fundamētū ē ipſe fundator: ī oībus lapidibus ſpecioſum & ī tota ſui pte ſit lucidū. Nā ſi regū ędes & ſublimiorꝫ prętoria poteſtatū oī ornatu rōnabiliter excolunt̄: ut excellētiora ſint eorū domicilia: quorꝫ āpliora ſunt merita: q̄to ope ędificandū q̄to ē bonore decorādum ipſius deitatis babitaculū? Quod licet inchoari & pfici ſine ſuo autore non poſſit: babet tamen ab ędificāte donatū: ut etiā labore proprio quęrat augmētum. una eīm rōnabiliſqꝫ materies ad extinctionē tēpli iſtius aſſumit̄. & p ſpūm grę ut uoluntarie in unā compagem cōgruat: incitat̄. quę ideo delecta ideo quęſita ē: ut & ipſa ex nō quęrēte quęrens & ex nō diligente diligens ſit dicēte beato Iobāne apoſtolo: Nos ergo diligamus: quia deus prior dilexit nos. Cum igit̄ & oīs ſimul & ſinguli quiqꝫ fideliū unū ideqꝫ dei tēplū ſint: ſicut pfectū boc ī uniuerſis ita pfectū debet eſſe ī ſingulis. quia & ſi non eadē eſt mēbrorꝫ oī pulcbritudo. nec in tanta uarietate partiū meritorꝫ poteſt eſſe parilitas: cōmunionē tamē obtiet decoris cōnexio caritatis. In ſancto enī amore cōſortes etiā ſi nō eiſdē utunt̄ grę beneſitiis: gaudēt tamē inuicē bonis ſuis. & nō pōt ab eis extraneū eſſe: qd̄ diligūt: q incremento diteſcunt ꝓprio: qui ꝓfectu letant̄ alieno. In bac dilectiſſimi unitate ſanctorꝫ ubi idem amat̄: idē diligit̄: ideqꝫ ſentit̄: nec ſuperbis locus ē. nec inuidis. nec auaris. & qcqd ē illud: qd̄ aut uanitas gloriat̄: aut ira ſęuit: aut luxu/ria laſciuit: nō in Xp̄i fędere ſed in diaboli parte cenſetur. lōgeqꝫ a ſedibus pietatis excludit̄. fremit itaqꝫ innocentię aduerſarius & pacis inimicus. & qa ipſe ī ueritate nō ſtetit,

totãq; naturę suę gloriam,dum superbit amisit:dolet hoīem
misericordia dei reparari.& in ea bona quę ipe ꝑdidit:ītro/
duci.Nec mirū:si peccati autor probitate recte agentium
cruciat̃:& eoꝝ quos deiicere nō pōt:stabilitate torquetur.
q̃nquidē etiã inter hoīes reperiunt̃:q̄ opa eius malignitatis
imitent̃.Multi eīm,qđ dolendū ē:ꝓfectibus urunt̃ alienis.
& qui se uirtutibus uacuos despici nouerūt:armant̃ ī odiū
eoꝝ:quoꝝ nō sequunt̃ exemplū.Serui aūt dei,& discipuli
ueritatis,etiã dissimiles diligūt.& bellū uitiis potius.q̃ hoī/
bus indicūt.nulli malū ꝓ malo reddentes:sed correctionē
peccãtium semꝑ optãtes.pulchrum eīm ualde est:& diuinę
beniuolentię compandum:sui queq; in altero meminisse.&
amare ꝓpriã,etiã ī hoste,naturã.Siqdē plurimos nouimus
in optimos mores transisse de pessimis.ex ębriosis sobrios:
ex crudelibus misericordes:ex rapacibus largos:ex incō/
tinētibus castos:ex ferocibus factos esse trãquillos.dicēte
aūt dño:Nō ueni uocare iustos:sed peccatores:nulli xp̄i/
ano queq̃ odisse ꝑmittit̃:q̄a nemo nisi ī remissiōe peccatoꝝ
saluat̃.& quos uiles fecit carnalis sapīa:nescimus q̃s specōsos
ac p̄ciosos spītalis sit factura gr̃a.sit ergo sanctus dei po/
pulus.sit benignus,sanctus ut declinet ꝓhibita.benignus
ut faciat impata.Quãuis eīm magnū sit h̄re rectam fidem:
sanamq; doctrinã:& multa laude digna sit circūcisio gulę:
lenitas mansuetudinis,puritas castitatis:nudę sunt tamen
omnes,sine caritate uirtutes:nec pōt dici in qualibet moꝝ
excellētia fructuosū:qđ nō dilectiōis ꝑtus ędiderit.Vnde
in euãgelio dñs dicit:In hoc cognoscēt oīs:q̄a mei disci/
puli estis:si dilectionem habueritis adinuicē.Et in epistola
eiusdē euãgelii legitur:Carissimi diligamus inuicē:quoniã
caritas ex deo est.& oīs q̄ diligit,ex deo natus ē & cog/
noscit deū.& qui nō diligit:nō nouit deū:qm̄ deus caritas
ē.discutiãt ergo se fideliū mētes.& ītimos sui cordis affec/
tus uera:examinatiōe diiudicēt.ut si repositum aliquid in
conscientiis suis de fructibus caritatis inuenerint:deū sibi
inesse nō dubitent.& ut magis magisq; tanti hospitis sint

capaces fiant pseuerāter in mię opibus ampliores. Si enim dilectio deus ē: nullū debet hr̄e terminum caritas: qa nullo pōt claudi fine diuinitas. Ad exercēdū igit̄ dilectissimi caritatis bonū: q̄uis om̄e tēpus sit cōgruū: p̄sentes tam̄ dies specialius cobortant̄: ut qui pascha dn̄i cupiūt cū animi & corpis sanctificatione suscipe: banc maxime gr̄am conent̄ acquirere. qa & oīūm cōtinet̄ summa uirtutū. & multitudo tegit̄ peccatoꝝ. Et ideo celebraturi illud eminēs super oīa sacramenta: quo iniqtates nr̄as Iesu Xp̄i sanguis aboleuit: mię primitus bostias p̄paremus. & quod nobis bonitas dei contulit nos quoq3 eis: qui in nobis peccauere prestemus. in obliuionē mittant̄ iniurię. supplicīu iam nesciat culpę. & a uīdictę metu om̄s subditoꝝ absoluant̄ offensę. Neminē teneāt claustra penalia. nec in custodiis tenebrosis tristes reoꝝ gemitus pseuerēt. Si quisq̄ tales pro aliquo delicto obnoxios tenet: peccatorē se esse nō dubitet. & ut īdulgē/tiā ipse accipiat: gaudeat se īuenisse cui parcat. ut cū scd̄m doctrinā dei dicimus: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄is. nō ambigamus p nostrę or̄onis formā diuinā nos obtinere clemētiam. In pauperes quoq3 & diuersis debilitatibus impeditos benignior nunc largitas exerceatur: ut gr̄e deo multoꝝ uoce referantur. & ieiuniis nr̄is egētiū refectio suffraget̄: nulla eīm deuotiōe fideliū magis dn̄s delectat̄. q̄ ista quę paupibus eius īpen/ditur. Et ubi curam mię inuenit, ibi imaginem suę pietatis agnoscit. Non timeat in iis defectio facultatū: quoniā ipsa benignitas magna substātia ē. nec pōt largitatis deesse ma/teries. ubi Cbristus & pascit: & pascit̄. In om̄i boc ope illa interuenit manus: quę panem frangēdo auget. & erogādo multiplicat. Securus & bilaris sit elemosinę distributor: qa tunc maximū lucrū babebit: q̄n sibi minimū reseruauerit: dicente beato apostolo Paulo: Qui aūt administrat semen semināti: & panē ad māducandū prestabit. & multiplicabit semen ur̄m: & augebit incremēta frugū iusticię, in xp̄o Iesu dn̄o nostro. DE FESTO PASCHALI SERMO EIVSDEM. III.

IN omnibus quidem dilectissimi diebus atq̧ tēporibus
queda̅ nobis diuine bonitatis signa p̄fixa sunt: & nulla ps
anni a sacris ē aliena mysteriis: ut du̅ nobis ubiq̧ p̄sidia nr̄e
salutis occurru̅t: inuitāte̅ nos semper mia̅m dei auidius ex/
pectemus. Sed quicqd illud ē: qd̄ in diuersis gr̄e operibus
& donis repatioi cōfert aiar: totu̅ id nobis nūc euidētius
& copiosius presentat. qn̄ nō pticulatim queda̅ agēda sed
simul sunt oia celebranda. Appropinquāte autē festiuitate
paschali adē maximu̅ sacratissimu̅q̧ ieiuniu̅: qd̄ obseruātia̅
sua̅ uniuersis fidelibus sine exceptiōe denuntiat. qa nemo
tam sanctus est: ut non sanctior: nemo ta̅ deuotus: ut non
debeat esse deuotior. Quis enim in huius uite constitutus
incerto: aut īmunis a tēptatiōe aut liber inueniat a culpa?
Quis ē: q nihil uirtutis sibi adiici aut q nihil uitii sibi optet
auferri? cu̅ & aduersa noceāt. & secu̅da corru̅pant. nec mi/
noris sit piculi carere desideratis: q̄ abu̅dare cōcessis. Insi/
die sunt ī diuitiar āplitudine. Insidie ī pauptatis angustiis.
ille eleuāt ad supbia̅: he incitant ad querela̅. tēptat sanitas.
tēptat infirmitas. du̅ & illa materia est negligētie: & hec ca̅
tristicie. laqueus ē in securitate: laqueus est in timore. nec
interest utru̅ aīmus q terreno tenet affectu: gaudiis occu/
pet: an curis. cum par morbus sit: uel sub uana delectatione
languere: uel anxia sollicitudine laborare. Implet itaq̧ per
oia snia ueritatis: qua dicimus angusta̅ esse & ardua̅ uiam
que ducit ad uita̅. & cu̅ latitudo itineris ad mortē trahētis
multis frequētet agminibus: ī salutis semitis paucor ītrātiu̅
sunt rara uestigia. Vnde autē populosior ē uia leua q̄ dex/
tera: nisi qa ad mu̅dana gaudia & corpalia bona multitudo
pcliuis ē? Et q̄uis caducu̅ īcertu̅q̧ sit. qd̄ cupit: libētius tn̄
suscipit labor pdesiderio uoluptatis: q̄ amore uirtutis. Ita
cu̅ īnumeri sint: qui uisibilia cōcupiscāt: uix inueniunt: qui
tpalibus eterna preponant. Et ideo dicēte beato apostolo
Paulo. que uident tpalia sunt: que au̅t nō uidēt eterna su̅t:
latet quodāmō & in abscōdito est uirtutu̅ uia: qm̄ spe salui
facti sumus: & fides uera id sup oia diligit: qd̄ nullo sensu

carnis attigit Magni ē ergo operis & laboris mobilitatem cordis ab oībus continere peccatis. & cum undiq; īnumerę uoluptatū illecebrę blandiant: ad nulla contagia uigorē aī relaxare. Quis picē tangit: & nō inquinat ab ea? quis nō infirmat in carne? qs nō sordescit in puluere? quis postremo est tātę puritatis. ut iis nō polluat: sine qbus uita nō ducit. Iubet enim p Aplm doctrina diuina ut q hnt uxores: tanq̄ nō habētes sint. & qui flent: taq̄ nō flentes. & qui gaudēt: tanq̄ nō gaudētes. & q emūt: taq̄ nō possidētes. & q utunt hoc mūdo: tanq̄ nō utant. preterit eīm figura mūdi huius. Beata eīm mens quę peregrinationis tpa casta sobrietate trāscurrit. & ī iis p quę necesse ē eū ambulare: non remanet. ut hospita magis q̄ dn̄a terrenoꝝ. nec affectibus desit humanis nec pmissionibus nō sit innexa diuinis. Hanc autem fortitudinē dilectissimi nulli magis q̄ presentes & exigunt: & cōferūt dies. qbus dū obseruātia spālis impendit: cōsuetudo in qua pseuereē: acqrit. Notū eīm uobis est. hoc esse tempus quo p totū mūdū cū seuiente diabolo acies debet xp̄iana cōfligere. & si quos aut desidia tepidos: aut sollicitudo hūit occupatos tūc oportet armis spūtalibus īstrui: & cęlesti tuba ad ineūdū certamē accēdi. quoniā ille cuius inuidia mors introiuit in orbē terraꝝ: modo pcipuo liuore urit. mō maximo dolore cruciat. Videt eīm de oīm hoīum genere in adoptionē filioꝝ dei nouos populos introduci. & p uirginē ecclię fecūditatē partus regenerationis augeri. Videt se dn̄ationis suę iure priuatū a cordibus eoꝝ: quos possidebat. expelli. eripi sibi in utroq; sexu milia senū. milia iuuenū. milia puuloꝝ. nec obesse cuiq̄ uel pprīū uel originale peccatū. ubi iustificatio nō meritis retribuit: sed sola grę largitate donat. Lapsos quoq; & insidiaꝝ suaꝝ fraude deceptos penitētię lachrymis ablui. & portas misericordię apostolica claue reserātē ad remedia recōciliatiōis admitti. Sentit igit diē dn̄icę passiōis instare. & se illius crucis potestate conteri: quę in Christo ab oī debito mortis alieno redēptio fuit mundi: non pęna peccati. ut itaq; malignitas

fremētis inimici nullos habeat sui liuoris effectus: ad exe/
quēda dñi mādata diligētior ē assumēda deuotō: ut tēpus
in quo oīa diuine mię sacramēta cōcurrūt: cū pręparatione
& aīoꝝ suscipiamus & corpoꝝ. Implorātes regimē & m īam
& adiutoriū dei ut sine quo nihil possumus facere · p ipsum
oīa ualeamus implere. Ideo eīm dat̄ pręceptū: ut p̄cipientis
quęrat̄ auxiliū. Nec se quisꝗ̄ p occasionē infirmitatis ex/
cuset: qa q pręstitit uelle: donat & posse: dicēte beato aplō
Iacobo Siqs ur̄m indiget sapīa: postulet a deo: q dat oībus
afflūeter. & nō improperat: & dabit̄ ei. Quis fideliū nesciat:
qbus uirtutibus studere quibus uitiis debeat repugnare:
quis cōsciē suę aut tā grosus aut tā imperitus est arbiter:
q ignoret qd a se auferri. aut qd in se optet augeri. Nemo
qppe ita rōnis ē alienus: q aut cōuersatiōis suę nō intelligat
qualitatē: aut cordis sui secreta nō nouerit. Nō ergo p oīa
sibi placeat nec se secūdū carnis oblectamēta diiudicet. sed
oēm cōsuetudinē suā in diuinoꝝ p̄ceptoꝝ lance cōstituat:
ubi cū alia interdicant̄ ne fiāt: alia iubeant̄: ut fiant: iusto se
trutinabit examine: q uitę suę mores ex utriusꝗ ponderis
cōpatiōe pēsauerit. Artifex eīm mīa dei splēdidissimum in
mandatis suis cōdidit speculū. in quo homo suę mētis faciē
inspiceret: & ꝗ̄ conformis imagini: aut ꝗ̄ dissimilis esset ag/
corda nō lędit? Cōtaminari occiſione eius metuitis: cuius
ſup uos & ſup filios uños fundi ſanguinē poſtulaſtis. Si nō
totū facinus uña impietas pagit: pmittite pręſidē iudicare
quod ſentit. ſed uos etiā in ipm graues atq; uiolēti in idē
declinare nō ſinitis: a quo ipſi mēdaciter abſtinetis. Pec/
cauerit Pilatus faciēdo qđ noluit. In ueſtrā tamē cōſciām
confluit quicquid furor ueſter extorſit. Talis etiā illic uña
obſeruantia fuit: ubi preciū qđ uobis xpi uenditor repor/
tauit: mitti in gazophylaciū noluiſtis. cauentes ſcilicet ne
ſacros loculos pecunia cruenta pollueret: Cuius cordis eſt
iſta ſimulatio? ſacerdotū cōſcia capit quod tēpli arca non
recepit. refutat̃ illius ſanguinis taxatio: cuius non timetur
effuſio Quātiſlibet ita nos fallacię circūtegatis ūbraculis:
initū eſt cū traditore cōmertiū quo iuſtū ſanguinē ſicut
non licuit comparari ita debuit nō effundi. Seditioſis igitur
clamoribus iudęorū ſedente Pilato in loco cui nomen eſt
Golgota crucifigit̃ xpus p lignum. erigit̃ lapſus in ligno. &
guſtu fellis & aceti diluit̃ eſca peccati. Merito igit̃ priuſq̃
traderet̃. dixerat dñs: Cū exaltatus fuero: oīa ad me traha
id eſt totā cauſam humani generis agam. & olim perditam
in integra reuocabo naturā. In me oīs infirmitas abolebit̃.

In me omnis plaga sanabit. Exaltatum autem Iesum ad se traxisse oia non solu nre substantie passione sed etia totius mundi comutatioe mostratu est. Pendete eim in patibulo creatore uniuersa creatura congemuit. & crucis clauos oia simul elemeta senserut. Nihil ab illo supplicio liberu fuit. hoc in comunione sui & terra traxit ad celu hoc petras rupit. monumenta aperuit. infernum reserauit. & densarum horrore tenebrarum radios solis abscondit. Debebat hoc testimonium suo mundus autori: ut in occasu conditoris sui uellent uniuersa finiri. Sed patientia dei seruat rebus atque tpibus ordine suu. nosque i illu potius uocat affectu. ut eoru salute petamus: quorum crime horremus. Tanto igit precio tato sacrameto eruti de potestate tenebrarum. & ab antique captiuitatis uinculis absoluti date opera dilectissimi ut integritate mentiu nrarum nulla diabolus arte corrumpat. Quicquid nobis contra xpiana fide ingerit: quicqd cotra madata dei suadet: de illius deceptionibus uenit: qui nos innumeris dolis ab eterna uita conatur euertere. captado quasda occasiones infirmitatis humane per quas incautas negligentesque aias in laqueos tandem sue mortis inducat. Omnes ergo p aqua & spiritum sanctu renati recolant cui renutiauerut. & qua pfessione iugu a se tyranice dnatiois excusserint. nec in secundis quisque nec in aduersis ad mortiferu diaboli currat auxiliu. Ille eim mendax est ab initio & in sola uiget arte falledi: ut huana ignorātia false sciētie ostentatione decipiet. Fitque eoru nunc malignus impulsor quorum post futurus est improbus accusator. Anime nostre & actionu tpaliu qualitates nec in natura elementorum nec in stellarum affectibus sed in summi & ueri dei potestate csistut. cuius auxiliu & misericordia i oibus que obtinere cupimus implorare debemus. sicut eim illo qd absit: offenso nihil est qd nobis ualeat suffragari: ita eode propicio nulla nobis nocebit aduersitas. qm si pro nobis deus: quis cotra nos? qui filio suo pprio non pepercit: sed pro nobis oibus tradidit eum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis

donauit: qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

## De pascha domini eiusdem sermo.

Scio quidem dilectissimi paschale festum tam sollemne & sublimis esse mysterii ut non solum humilitatis meę tenuissimū sensum sed etiā magnoꝝ ingenioꝝ supet facultatē. Sed nō ita mihi diuini opis cōsiderāda ē magnitudo: ut uel diffidam uel erubescā de seruitute quā debeo: cum sacramentum salutis hūanę non liceat taceri etiā si nequeat explicari. Auxiliantibus etiam orationibus uřis affuturam credimus gratiā dei: quę inspiratōnis suę rore sterilitatem nřī cordis abstergat: ut linguę pastoralis offitio quę sancti gregis auribus sint utilia pferant: dicente eim dño bonorū oim largitore aperi os tuū: & ego adíplebo illud: Audemus eisdem uerbis propheticis dicere dñe labia mea aperies. & os meū anūciabit laudē tuam. Incipientes igiť dilectissimi euangelicā de passiōe dñi historiā detractare diuino intelligimus dispositā fuisse cōsilio ut sacrilegi iudeoꝝ pricipes & impii sacerdotes qui seuiēdi in Christū occasiones sepe quesiuerant: non nisi in sollēnitate paschali exercendi furoris sui accipent potestatē. Oportebat eim ut manifesto iplerent effectū quę diu fuerāt figurato pmissa mysterio: ut ouē significatiuā ouis uera remoueret. & ut uno expleret sacrifitio uariaꝝ differentia uictimaꝝ. Nam omnia illa quę de immolatione agni dimittimus per Moysen fuerāt prestituta Christū prophetauerūt. & xpi occisionē proprie denuntiauerūt. Ut ergo umbrę cederēt corpori & cessarēt imagines sub pñtia ueritatis antiq̄ obseruantia nouo tollit sacramēto. hostia in hostiā transit. sanguinē sanguis excludit. & legalis festiuitas dū mutať: impleť. Vnde cū scribas & seniores populi ad impietatis conciliū pontifices cōgregarent: omnisq; aīos sacerdotum cura admictendi in Iesum sceleris occupasset: ipsi se doctores legis lege priuarunt. & spontaneo defectu ritus sibi patrios abstulerūt. Incipiente enim festiuitate paschali qui ornare templū mundare uasa

uictimas ꝓuidere & legitimis purificationibus sacratiorem diligentiam adhibere debuerant: parricidalis odii furore cōcepto ad unum opus uacāt. & in unū facinus simili cru/delitate coniurant. Quid assecuturi supplicio innocentię condēnatione iusticię? nisi ut & noua mysteria nō appre/hēderēt: & antiq̄ uiolarēt? Prouidētibus ergo principibus ne in die festo tumultus oriretur nō deuotioni sed facinori studebat. nec religiōi seruiebat hęc cura: sed crimini. Dili/gētes eīm pōtifices & solliciti sacerdotes seditiōes turbarꝫ fieri in pręcipua sollemnitate metuebāt: nō ut populus nō peccaret: sed ne Xp̄us euaderet. At Iesus cōsilii sui certus: in ope p̄rnę dispositiōis intrepidus uetus testamentum cōsummabat. & nouū pascha condebat. Discūbentibus eīm secū discipulis ad edendū mysticā cęnā cū in Caiphę atrio tractaret q̄uo Christus posset occidi: ille corpis & sanguīs sui ordinans sacramentum docebat q̄uo de hostia deberet offerri. nec ab hoc quidē mysterio traditore submoto: ut ostenderet nulla iniuria exasperatus q in uoluntaria erat impietate prestitutus. Ipse eīm sibi fuit materia ruinę & cā ꝑfidię: sequens diabolū ducē & nolens xp̄m hr̄e rectorem. Dicens itaqꝫ dominus Amē dico uobis q̄d unus uestrū me traditurus est notā sibi traditoris ac ꝓditoris conscietiam demonstrauit. non aspa nec aperta impiū increpatiōe con/fundēs sed leni ac tacita admonitiōe conueniēs: ut facilius corrigeret penitendo: quē nulla deformasset abiectio. Cur īfelix Iuda tāta benignitate nō uteris. ecce parcit ausibus tuis dn̄s: & nulli te nisi tibi indicat xp̄us. nec nomē tuū nec ꝑsona detegit. sed ueritatis & mię uerbo cordis tui tantū arcana tangunt. Non ap̄lici ordinis honor nō sacramētorū tibi cōmunio denegat. Redi in integrū. & deposito furore resipisce. Clęmentia inuitat. salus pulsat. ad uitā uita te re/uocat. Ecce immaculati & innocentes condiscipuli tui ad significationē facinoris expauescunt. & om̄s sibi non ędito impietatis autore formidant. Contristati eīm sunt non de conscię reatu. sed de hūanę mutabilitatis incerto timētes

ne minus uerum esset quod in se quisq; nouerat : q̃ quod ipsa ueritas preuidebat. Tu aũt in hac trepidatiõe sanctorũ abuteris dñi pacientia. & abscondi te tua credis audacia. Addis impudentiã sceleri. nec signo euidentiore terreris. Cũq; se a cibo alii in quo iudiciũ dñs posuerat cõtineret. tu manũ non retrahis a parapside. quia animũ non auertis a crimine. Secutũ est itaq; dilectissimi sicut Iohãnes euangelista narrauit: ut cũ traditori suo dominus manifestius designando panẽ porrexit intinctũ: totũ Iudam diabolus occuparet. & quẽ malignus cogitationibus obligarat : iam ipo impietatis ope possideret. Corpe eim tantũ cũ cenantibus recumbebat. mente autẽ sacerdotũ inuidiã testium falsitatẽ & furorẽ imperite plebis armabat. Deniq; uidens dñs cui flagitio Iudas esset itẽtus: q̃d facis inqt fac citius. uox hec nõ iubẽtis ẽ sed sinẽtis. nec trepidi sed parati. qui habens oĩm tpum potestatẽ: oñdit se morã nõ facere traditori. & sic ad redẽptionẽ mũdi p̃rnam cõsequi uoluntatẽ: ut facinus q̃d a psequentibus parabatur: nec impelleret: nec timeret. Postq̃ igit̃ Iudas psuasus a diabolo discessit a xp̃o: seq; a corpe apostolice uirtutis abscidit: nullo dñs pauore turbatus: sed de sola redimẽdorũ salute sollicitus oĩme tp̃s spaciũ q̃d a psequẽtiũ uacabat incursu mysticis sermonibus sacrateq; doctrine sicut Iohãnis euãgelio declarat: ĩpẽdit. eleuans ad celũ oculos & pro uniuersa ecclesia supplicans p̃ri ut oĩs quos dedisset daturusq; esset filios pater unũ fierẽt: & in gloria redẽptoris indiuidui pmanerẽt. adiciẽs postremo illã orõnẽ qua ait: pater si fieri potest: transeat a me calix iste. Vbi nõ existimandũ est: q dñs Iesus passionẽ & mortẽ cuius iã discipulis sacramẽta tradiderãt uoluerit declinare: Cũ ipse beatũ apostolũ Petrũ deuota fide & caritate feruentem uti aduersum persecutores gladio uetet: dicens calicẽ quẽ dedit mihi p̃r : non uis ut bibam illum? Certũq; sit: & q̃d dñs testatus est ipse dicẽs Sic eim deus dilexit mundũ: ut filiũ suum daret unigenitũ: ut oĩs qui credit in eũ nõ pereat. sed habeat uitã eternã: & q̃d de ipo

ait aplūs Paulus: Christus nos dilexit & tradidit semetipm ꝓ nobis hostia in odore suauitatis. In saluandis eīm hoībus per crucē xp̄i cōmunis uolūtas erat p̄ris et filii cōmuneq; consiliū. et nec ulla poterat ratione turbari: qd̄ ante eterna secula et misericorditer erat dispositū: et incommutabiliter erat p̄finitū. Qui ergo uerꝫ totūq; hominē assumpsit: ueros & corporis sensus & animi suscepit affectus. nec quia oīa in illo plena sacramētis plena miraculis: ideo aut falsis lachrymis fleuit: aut mendacii esurie sumpsit cibū: aut simulato sopore dormiuit. In nr̄a hūilitate cōtemptus in nr̄a mesticitudine cōtristatus in nr̄o est dolore crucifixus. passionem enim mortalitatis nostre ob hoc mīa subiit: ut sanaret. ob hoc uirtus recepit. ut uinceret. qd̄ Esaias aptissime ꝓphetauit dicēs. Hic peccata nr̄a portat: & pro nobis dolet. & nos putauimus illū esse in dolore & plaga. & uexatiōe. ipse autem uulneratus est propter peccata nostra. & īfirmatus est propter facinora nostra. & liuore eius sanati sumus. Cū itaq; dilectissimi dei filius dicit: pater si fieri potest. trāseat a me calix iste: nostre utitur uoce nature: & si causam fragilitatis & trepidationis agit humane: ut in iis que tolerāda sunt: et patientia roboretur: et formido pellatur. Deniq; cessans hocipsum petere excusato quodāmodo nostre infirmitatis metu in quo nobis remanere nō expedit: in aliū affectum transit: et dicit: ueruntamen non sicut ego uolo: sed sicut tu. Ecce iterum. Si nō pōt inquit calix iste trāsire a me: nisi bibam illum: fiat uoluntas tua. Hec uox capitis salus est totius corporis. hec uox oīs confessores accēdit. oīs martyres coronauit. Nam quis mundi odia quis tēptatōnū turbines quis posset ꝑsecutorū superare terrores: nisi Christus in omnibus et pro oībus patiens p̄ri diceret: fiat uoluntas tua. Discant igitur hanc uocem oīs ecclesie filii magno precio redempti gratis iustificati. Et cū aduersitas uiolentie alicuius temptationis incubuerit: presidio potentissime rationis utant̄: ut supato tremore formidinis accipiant tolerantiam passionis. Hinc iam dilectissimi ad

perstringendum ordinem dominicę passiõis sermo est di/rigendus quem ne nos currulo prolixitatis oneremus: in quarta sabbati diuiso cõmuni labore differamus. Aderit p̃cantibus nobis gratia dei quę mihi soluendi debiti tri/buit facultatem. Per dominum nostrum Iesum Christum qui uiuit & regnat in sęcula sęculorum Amen.

## De passione domini eiusdem sermo. VIII.

Ecursis dilectissimi sermone proximo iis quę cõpre/hensionẽ domini precesserũt: superest nũc ut auxiliãte dei gratia de ipso iam passionis ordine sicut promisimus: disseramus. Nam cum uerbis sacrę orationis suę dominus declarasset: uerissime sibi atq; plenissime & hũanã & diuinã inesse naturã: oñdens unde esset quidem quod pati nollet: & unde quod uellet: depulsa trepidatione infirmitatis & confirmata magnanimitate uirtutis rediit in sententiã suę dispositionis eternę & seuiẽti diabolo p ministeria Iudeoꝝ formam serui nihil peccati habẽtis obiecit, ut p eũ ageret omniũ causã: in quo solum erat omnium natura sine culpa. Irruerunt ergo in lumen uerum filii tenebrarum, & utẽtes faculis atq; laternis non euaserunt infidelitatis suę noctẽ: quia nõ intellexerũt lucis autorẽ occupant paratũ teneri. & trahunt uolentem trahi. qui si uellet obniti: nihil quidẽ in iniuriam eius impię manus possent. sed mundi redemptõ differretur: & nullum saluaret illęsus: qui pro omniũ salute erat moriturus. Sinẽs igitur inferri sibi quicqd sacerdotũ instinctu furor popularis audebat: Ad Annam Cayphę socerum ac deinde ad Cayphbam ex Anne transmissione perducitur. & post insanas calũniantium uoces post com/mẽticias subornatorum testium falsitates ad examẽ Pilati pontificũ delegatiõe trãsfertur. Qui diuino iure neglecto clamantes se regẽ nõ habere nisi Cęsarem tanq̃ Romanis deuoti legibus õme iudiciũ potestati Pręsidis reseruassent: expetierunt executorem magis seuicię q̃ arbitrium causę. Offerebant eĩm Iesum duris nexibus uinctum colaphis et

alapis frequentibus cęsum sputis oblitum clamoribus prę/
damnatum ut inter tot preiudicia quem omnes uellent
perire non auderet Pilatus absoluere. Denique nec in accu/
sato aliquā reppisse cām nec in sñia sua tenuisse cōstātiam:
docet ipsa cognitio in qua iudex quē innocētem pnūtiat:
dānat. adiiciēs ĩquo pplō sanguinē iustū. a quo abstinēdū
sibi & intellectu pprio senserat: & somnio uxoris nouerat.
Nec purgāt cōtaminatū aīum manus lote. nec in aspersis
aqua digitis expiat qd famulāte impia mēte cōmittit. Ex/
cessit quidē Pilati culpā facinus Iudeorū: q illū noīe cęsaris
territū & inuidiosis uocibus ĩcrepatū ad effectū sui sceleris
impulerūt. Sed nec ipse euasit reatū qui cooperatus seditosis
reliqd iudiciū pprium: & in crimē trāsiuit alienū. Quod ergo
Pilatus dilectissimi īplacabilis populi uictus insania multis
Iesum dehonestari ludibriis & multimodis uexari permisit
iniuriis: qdq eū flagellis cęsum spinis coronatū & amictu
irrisorię uestis indutū psequētium ostentauit aspectui: ad
mitigādos pculdubio inimicorū aīos existimauit: ut exatu/
ratis inuidię odiis non ultra iam crederet psequēdū: quem
tot modis intuebant afflictū. Sed cū inardesceret ira cla/
mātiū ut Barrabā īdulgētia relaxaret: & Iesum crucis pena
susciperet: cū cōsono fremitu diceret a turbis. Sanguis eius
sup nos & sup filios nrōs: obtinuerūt iniq ī dānatione suā:
qd ptinaciter exigebāt. quorū dētes sicut ppheta attesta/
tus est: arma erant & sagittę. et lingua eorū gladius acutus.
frustra enim a crucifigēdo maiestatis dñō manus proprias
cōtinebāt in quē letalia uocū spicula et uenenata uerborū
tela iaciebāt. Vobis falsi Iudei & sacrilegi principes populi
totū facinoris istius pondus incumbit. & licet immanitas
sceleris et pricipē obligarit: et milites: oms tām facti suma
uos arguit. et sqd in supplicio Xpī uel Pilati peccauit iu/
dicīū uel cohortis obsequi hoc uos facit hūani generis odio
digniores: qa uri furoris ipulsu nec illis īnocētes eē licuit:
qbus iniqtas nrā non placuit. Traditus itaq dñs seuientiū
uoluntati ad irrisionē regię dignitatis supplicii sui iussus est

esse gestator:ut impleretur quod Isaias Propheta pre/
uiderat dicens: Ecce natus est puer & datus est nobis fili/
us : cuius imperium super humeros eius . Cum ergo do/
minus lignum portaret crucis·quod in sceptrum sibi con/
uerteret potestatis:erat quidem hoc apud impiorū oculos
grande ludibrium : sed manifestabatur fidelibus grande
mysterium.quia gloriosissimus diaboli uictor et inimica/
rum uirtutum potentissimus debellator pulchra specie
triumphi sui portabat trophęum.et inuictę patientię hu/
meris signum salutis adorandum regnis omnibus infere/
bat.tanq̄ et tunc ipsa operis sui imagine omnes imitato/
res suos confirmaret : et diceret: Qui non accipit crucem
suam:et sequitur me:non est me dignus. Euntibus autem
cum Iesu turbis ad locum pęnę Simon quidam Cyrenęus
inuentus est in quem lignum crucis transferretur a do/
mino : ut etiam tali facto presignaretur gentium fides
quibus crux Christi non confusio erat futura sed gloria .
Non ergo fortuitum sed figuratum & mysticum fuit ut
Iudęis in Christum seuientibus ad compatiendum ei pe/
regrinus occurreret : dicente Apostolo Si compatimur:
et conregnabimus . ut sacratissimo Saluatoris obprobrio
non Hebręus quisq̄ nec Israelita sed alienigena subdere/
tur . Per hanc enim translationem a circuncisione ad prę/
putium a filiis carnalibus ad filios spirtales immaculati
agni propitiatio & omnium sacramentorum plenitudo
transibat . Siquidem pascha nostrum ut ait Apostolus
immolatus est Christus · qui se nouum et uerum recon/
ciliationis sacrifitium offerens patri non in templo cuius
iam erat finita reuerentia: nec intra sępta ciuitatis ob me/
ritum sui sceleris diruende : sed foris et extra castra cru/
cifixus est ut ueterum uictimarum cessante mysterio no/
ua hostia nouo imponeretur altari . et crux Christi non
templi esset ara sed mundi . Exaltatio igitur dilectissimi
per crucem Christo non illa tantum species aspectui
mentis occurrat:quę fuit in oculis impiorum quibus per

Moysen dictum est. Et erit pendens uita tua ante oculos tuos: et timebis die ac nocte: et non credis uite tue. Isti enim nihil in crucifixo domino preter facinus suum cogi/tare potuerunt: habentes timorem non quo fides uera iustificatur: sed quo cōscientia iniqua torquetur. Noster uero intellectus quem spiritus ueritatis illuminat: glori/am crucis celo terraque radiantem puro ac libero corde suscipiat. & interiore acie uideat quale sit: quod domi/nus cum de passionis sue loqueretur instantia: dixit: uenit hora ut clarificetur filius hominis. et infra. nunc inquit turbata est anima mea. et quid dicam? Pater salua me. ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. pater cla/rifica filium tuum. Et cum uox patris uenisset e celo dicēs: Et clarificaui: et iterum clarifico: Respondens Iesus cir/cunstantibus dixit: Non propter me uox hec facta est: sed propter uos. nunc iudicium mundi est. nunc princeps huius mūdi eicitur foras. Et ego si exaltatus fuero a ter/ra: omnia traham mecum. O admirabilis potentia crucis O ineffabilis gloria passionis: in qua et tribunal domini et iudicium mundi et potestas est crucifixi. Traxisti enim domine omnia ad te. et cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem et contradicentem tibi confitende maiestatis tue sensum totus mundus accepit. Traxisti domine omnia ad te qui in execrationem Iudaici sceleris unam protulerunt omnia elementa sententiam. cū obscuratis luminaribus celi & cōuerso in noctem die terra quoque motibus quateretur insolitis. uniuersaque creatura impiorum se usui denegaret. Traxisti domine omnia ad te quoniam scisso templi uelo sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt. ut figura in ueritatem: prophe/tia in manifestationem: & lex in euangelium uerteretur. Traxisti domine omnia ad te: ut quod in uno Iudee tēplo obumbratis significationibus tegebatur: pleno apertoque sacramēto uniuersarū ubique natiōnum deuotio celebraret. Nunc enim & ordo clarior leuitarum & dignitas amplior

seniorū et sacratior est unctio sacerdotū:qa crux tua oīm fons benedictionū oīm est causa gratiaꝝ:ꝑ quā credētibus datˀ uirtus de īfirmitate.gloria de opbrobrio.uita de morte. Nūc etiā carnaliū sacrifitiōꝝ uarietate cessante oēs differētias hostiaꝝ una corpis & sanguīs tui implet oblatio. qm̄ tu es uerus agnus dei qui tollis peccata mūdi. & ita in te uniuersa perficis mysteria : ut sicut unum est pro omni uictima sacrifitium : ita unum de omni gente fit regnum. Confiteamur igitur dilectissimi:quod beatus magister gētium Paulus Apostolus gloriosa uoce confessus est dicens: fidelis sermo & oī acceptione dignus: quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.hinc mirabilior est erga nos misericordia dei:quod non pro iustis neq; pro sanctis:sed pro iniqs et impiis Christus mortuus est et cum mortis aculeum recipere nō posset natura deitatis : suscepit tamen nascendo ex nobis : quod posset offerre pro nobis. Olim enim morti nostrę mortis suę potētiam minabatur dicens:per Osee prophetam.O mors ero mors tua. & ero morsus tuus inferne. leges enim inferni moriendo subiit. sed resurgendo dissoluit. & ita perpetuitatem mortis incidit : ut eam de ęterna faceret temporalem. Sicut enim in Adam omnes moriuntur : ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Fiat itaq; dilectissimi quod Apostolus Paulus ait : ut qui uiuit iam non sibi uiuat : sed ei qui pro omnibus mortuus est. & resurrexit. & quia uetera transierunt & facta sunt omnia noua:nemo in carnalis uitę uetustate remaneat.sed omnes de die ī diem ꝑficiēdo per pietatis augmenta renouentur.Quātūlibet eīm quisq; iustificatus sit:habet tamē dū in hac uita ē:quo ꝑbatior eē possit & melior.qui aūt nō ꝑficit: deficit.& q nihil acqrit: nō nihil pdit. Currēdum eīm nobis est fidei gressibus.mię opibus.amore iusticię.& diē redēptōis nrę spiritalr celebrantes nō ī fermēto ueteris malicię & neqcię sed in azimis sinceritatis & ueritatis ut resurrectionis Christi mereamur esse participes qui uiuit & regnat ī secula seculorum Amen.

SAcramētum dilectissimi dominice passionis in salutē generis humani: ante tempora ęterna dispositum: et per multas significatioēs omnibus retro seculis initiatum non adhuc expectamus manifestādum: sed iam adoramus impletū. Concurrentibus ad eruditionē nostram: et nouis testimoniis & antiquis: dum qđ prophetica cecinit tuba: euangelica pandit historia. et sicut scriptum est: Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarū tuarum quoniam ad enarrandū gloriā gratie dei paribus sibi uocibus: utriusq; testamenti altitudo respondet. Et qđ erat sub uelamine figurarum profundum: fit reuelata luce perspicuū. Si enim inter illa miracula saluatoris: que sub populorꝝ gerebantur aspectu: pauci ueritatis presentiā sentiebāt: ipsiq; discipuli uoluntaria domini passione turbati: nō euaserunt scandalū crucis sine temptatōne formidinis: Vnde fides nostra intelligentiā sumeret: Vnde constantia robur acciperet. nisi que facta cognoscimus predicta legeremus. Peracto igitē dilectissimi saluatoris triumpho: et consummatis dispensationibus: quas omnia ueteris testamēti eloquia nuntiarūt: lugeat carnalis iudeus. sed spiritalis gaudeat christianus. et festiuitas quę illis conuersa est in noctem: nobis coruscet in lucem. quoniam crux christi eadem est & credentium gloria: et non credentium. Quamuis enim persequentium furor nihil aliud in dominum maiestatis operatus est: q̄m atrocem crudelitatem & immite suppliciū: redemptis tam̄ domini passione uerior iustiorq; lętandi ē ratio q̄ dolendi fuerit tunc discipulorum excusabilis pauor. nec diffidētię culpam apostolicus meror inciderit: quādo concurrētibus ad unum scelus iudeis: iudeorumq; principibus superbus taurorum pinguium tumor et proterua uitulorꝝ petulātia seuiebat. quando sub oculis ouium pastoris iusti sanguinē fremētium bestiarum rabies expetebat. quādo deniq; etiā ipse qui pati uenerat: de nostrę naturę cōmunione dicebat: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Nūc autem postq̄ susceptiōe infirmitatis potentia ē clarificata uirtutis: nulla

fidelium mestitudine paschalis est obseruanda sollemnitas: nec cū tristicia nobis gestorum ordo recolendus est: cū ita dominus usus sit malicia Iudeoꝝ: ut de intentōne facinoris uoluntas sit impleta miserentis. Si autem in exitu Israel de egypto agni sanguis fuit restitutio libertatis: et sacratissima est facta festiuitas: que per hostiam pecudis iram auerteret uastatoris: q̄ta populis christianis cōcipienda sunt gaudia: pro qbus om̄ipotens pater filio suo unigēito nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: ut in occisiōe Christi pascha esset uerū: & singulare sacrifitiū: quo non ex dominatiōe Pharaonis unus populus: sed ex diaboli captiuitate totus mundus emitur. Hoc igit̄ illud est dilectissimi sacramentum: cui ab initio omnia sunt famulata mysteria. Nūc sanguis iusti Abel mortem summi pastoris eloquitur. Et in parricidio Iudeorum Caym interfector fratris agnoscitur. Nunc diluuium et Noe arca manifestat: quid sit renouationis in babtismo. et quid sit salutis in ligno. Nunc Abraam gentium pater promissos acquirit heredes. et in sem̄ie eius non germen carnis: sed fidei propago benedicitur. Nunc ad prenūtiatum festis omnibus festum sacer nouoꝝ mensis enituit: ut in quo accepit mūdus exordiū: in eodē haberet Christiana creatura principium. Quāuis igit̄ furentes Iudei fecerint in dominum Iesum quecunq; uoluerint: et suscepti hominis ueritatem nullis eoꝝ ausibus potestas diuina subtraxerit: patientia tamē domini consilii sui munus impleuit. et pertinacia sacrilegę crudelitatis profecit operi saluatoris: qđ non scribę nō pharisei nec summi intellexere pontifices. Si enim cognouissent nunq̄ glorię dominum crucifixissent. Nec itaq; ipse diabolus intellexit ꝙ seuiendo in Christum suum destrueret principatum: qui antiquę fraudis iura non perderet: si se a domini sanguīe cōtineret. Sed malicia nocendi auidus dum irruit: ruit. dum capit: captus est. dum persequitur mortalem: incidit in saluatorem. Inuenit sane in hoc molimine impudentis audacię dignum cooperatorem. dignumq; cōsortem. cū impius Iudas maluit discipulus esse

diaboli q̄ apostolus Christi. quē non timoris perturbatiōe: sed pecuniē cupiditate distraxit. Videte dilectissimi et pru/denter inspicite: quę germina: et quales fructus de auaricię stirpe nascantur. quam merito apostolus radicem omnium malorum esse definit: quia nullū peccatū sine cupiditate com/mittit. & omis appetitus illicitus: istius auiditatis ē morbus. Amore pecunię uilis ē omnis affectio. & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit. nullūq3 est in illo corde iusticię uestigiū: in quo sibi auaricia facit habitaculum. hoc perfidus Iudas inebriatus ueneno dum sitit lucrū: peruenit ad laqueum. & tam stulte impius fuit: ut triginta argenteis et dominū uenderet & magistrū. Cum aūt se ad excipiendū iniquitatis iudicium dei filius prebuisset: beatus apostolus Petrus cuius fides ea deuotōne feruebat: ut & domino cō/pati paratus esset: et cōmori: ancilla sacerdotis calumniante perterritus ex infirmitate periculū negationis incurrit. Ob hoc sicut apparet hesitare permissus: ut in ecclesię principe remedium penitentię conderetur. et nemo auderet de sua uirtute confidere: quādo mutabilitatis periculū nec beatus Petrus potuisset euadere. Dominus autem Iesus qui intra pontificale consilium solo corpore tenebatur: trepidatiōnē discipuli foris positi diuino uidit intuitu. & pauētis animū mox ut respexit: erexit. et in fletus penitudinem incitauit. Fęlices sancte apostole lacrymę tuę quę ad diluēdam culpā negatiōis: uirtutem sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextera domini Iesu xp̄i que labentē te priusq̄ deiicereris exciperet. et firmitatem standi in ipso cadendi periculo re/cepisti. Vidit in te dominus non fidē fictam. non dilectiōnē auersam. sed constantiā fuisse turbatam. Abundauit fletus ubi nō defecit affectus. & fons caritatis lauit uerba formi/dinis nec tardatum est remedium abolitionis: ubi non fuit iudicium uoluntatis. Cito igitur in soliditatem suam redit petra tantam recipiēs fortitudinem: ut quod in Christi ex/pauerat passiōe: in suo post supplicio nō timeret per xp̄m.

Vm multis modis dilectissimi Iudaica impietas labo/
raret: ut occasionem aliquam perpetrandi in dominū
Iesum sceleris inueniret: & mēdacia que falsi testes iniustis
sacerdotibus famulādo protulerant: nihil qđ morte dignū
esset afferrent: hoc quasi insuperabile repperérunt ut do/
minum mundi affectati regni inuidea perurgerent. Cumq;
Pilatus Iesum quē frustra uidebat argui: uellet absoluere:
calumniose & minaciter conclamarūt: Si hunc dimittis: nō
es amicus Cęsaris. Omnis enim qui se regem facit: contra/
dicit Cęsari. Stultam insimulationem imprudenter Pilate
timuisti. si formidabile fuit nomē Regium: et pro Imperio
Cęsaris opprimi debuerit noue molitio potestatis: si dāndi
consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus: Si prouisio
armorum: Si congregatio diuitiarum: Si pręsidia detecta
sunt militum: quid eum grauari finis de affectata potētia:
cuius specialis fuit de hūilitate doctrina? Romāis legibus
nō contradixit. censum subiit. didrachma soluit: uectigalia
non inhibuit: quę dei sunt deo: et quę sunt Cęsaris: Cęsari
reddenda constituit: paupertatē elegit. obediētiam suasit.
māsuetudinem prędicauit. hoc est uere nō impugnare Cę/
sarem. sed iuuare. Verum tamen ne in totū inanis uideatur
Iudeorum obiectio: discute diligētius pręses: quid de do/
mini Iesu operibus notū sit. quid de potestate cōpertum.
cecis uisum: surdis auditū: claudis gressum: mutis donauit
eloquium. febres abegit. dolores resoluit. demonia eiecit.
mortuos uiuificauit. mari & uentis ut quiescerent: impera/
uit. Magnum prorsus Regem ista demonstrant: qui non
hūana excellit potentia: sed uirtute diuiā. hanc ergo Iudei
obiiciant potestatem commutent accusationē suam. et hoc
proferant ore: quod tenent corde. quare de terrenis calū/
niantur: qui cęlestia persequuntur? Quanuis ergo Pilatus
onerosum sibi inuidiosumq; sentiret: qđ eum Iudei de neg/
lectu amicicię Cęsaris impetebant: aliqđiu furorem ipsorū
mitigare conatus est. et ideo dominum Iesum diuersis cō/
tumeliis affici aut permisit: aut iussit: ut satiata iniquitas de

innocẽts iniuriis ulterius nõ sequiret. Sed pertinax malicia
propriis crescebat augmentis. et in quem obtinuerat ius
illusionis: exigebat & mortis. unde cũ et summi sacerdotes
et principes sacerdotũ: omnisq; multitudo crebris uocibus
acclamarent: crucifige: crucifige: tradidit Iesum persequẽ/
tium uoluntati: Barraba illis latrone dimisso: ut qui in die
festo autorem interficiebãt uitę: impunitas eis prestaretur
homicidę: Eunte itaq; dilectissimi ad locum clarificationis
domino: et misericordia ab impiorũ tabernaculis exeunte:
ut adimpleretur quod scriptũ est: Longe ẽ a peccatoribus.
salus. sequebatur eum multitudo populi: et mulierũ plan/
gentium & lamentantium eum: Solet enim sexus infirmior
etiam pro iis qui morte sunt digni: in lachrymas cõmoueri
et damnatorum exitus pro naturę consideratiõe misereri:
Sed istum sibi planctũ dominus Iesus dedignatur impẽdi
quia. non decebat luctus triumphũ. nec lamenta uictoriã.
Denique conuersus ad eas: Filię inquit Hierusalẽ nolite flere
super me: sed sup uosmetipsas & super filios uestros flete.
quia uenient dies in quibus dicent: Beatę steriles & uẽtres
qui non genuerunt: et ubera quę non lactauerunt. Vbi est
tristicia crucifigendi? Vbi formido morituri? Non terret
passuri animum hora supplicii. et docens nullam ꝓ se flendi
esse rationẽ: indicit penitentiã: denũtiando uindictam. Non
est inquit quod dolere in me Hierusalem filię debeatis. pro
uobis plangite. et ꝓ uestris filiis eiulate. super illos fundantẽ
isti ploratus: quos tales uiscera uestra pepererũt. Lugendũ
uobis plane ẽ non de saluatore credentiũ. sed de impietate
et temeritate pereuntiũ. Ego crucẽ uolens patior. et mortẽ
in me qua sum peremptururus: admitto. Nolite flere ꝓ mũdi
redemptione morientem: quem in maiestate patris uidebitis
iudicantem. Exaltatus autẽ Christus Iesus in ligno retorsit
mortem in mortis autorẽ. et omnes principatus aduersasq;
uirtutes: per obiectionem passibilis carnis elisit. admittens
in se antiqui hostis audaciam: qui in obnoxiam sibi seuiẽdo
naturam: etiam ibi exactor ausus est esse debiti: ubi nullum

potuit uestigium inuenire peccati. Euacuatū est igitur illud generale uenditionis nostrę & letale chirographū. et pactū captiuitatis in ius transiit redemptoris. Claui illi qui manus domini pedesq; transfoderant: perpetuis diabolum fixere uulneribus. et sanctorum pena membrorum inimicarū fuit interfectio potestatum: Sic suā Christo consummante uictoriam. ut in ipso & cum ipso omnes qui in eum crederent triumpharēt. Cū ergo dominus crucifixi corporis eleuatōe sublimis reconciliationem mūdi exequeretur in quadā arte supplicii: latronēq; cōuersum ad paradisi uocaret habitaculum: uos principes iudeorū: legisq; doctores: nec conscientię impietate compuncti: nec affectu sceleris mitigati: fixuris clauorū addebatis tela linguarū: dicentes Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex israel est: descendat de cruce: et credimus ei. Sed his uocibus uestris stultis atq; blasphemis reddunt omnia elemēta responsum. et unam in uos sententiā ferūt cęlum: terra: sol: syderaq; indignos uos suo ministerio protestātes terribili motu: insolitoq; defectu tenebras mundo nestrę cęcitatis ostendunt. Quod si ad arguendum uos nec cęlestia nec inferna sufficiunt: et crucem xpi magis potuerunt petrę atq; monumenta q̄ corda uestra sentire: saltem quod in templo actum est scienter aduertite. Velum cuius obiectu includebanī sancta sanctorꝝ a summo usq; ad ima diremptum est: et sacrū illud mysticūq; secretū: quod solus summus pontifex iussus fuerat intrare reseratū est: ut nihil iam esset discretionis. ubi nihil resederat sanctitatis. Repudiatos itaq; uos debuistis agnoscere. et om̄e ius sacerdotii perdidisse. quia uerum erat quod ueritas uobis dixerat Si creditis Moysi: crederetis & mihi. Merito ergo uos testamentum utrunq; condemnat & gratia uacuatos. et lege priuatos. qui ideo restitistis nouis. quia non credidistis antiquis. Nos autem dilectissimi qui ab ignorātię tenebris liberati fidei lumen accepimus. et in noui testamenti hereditatem: per electionem adoptiōis intrauimus in festiuitate quam carnalis Israel perdidit gaudeamus: quoniam pascha

nostrū immolatus est Christus: per cuius ineffabilem grām omnium charismatū benedictione dicamur. et in nouitatem a uetustate transferimur. ut non solum paradisi restituamur habitaculo: sed etiam regni celestis glorię preparemur. Ad/iuuante domino nostro Iesu Christo.

DEsiderata nobis dilectissimi & uniuerso optabilis mūdo adest festiuitas dominicę passionis. quę nos inter exul/tationes spiritalium gaudiorum silere non patitur. Quia etsi difficile ē de eadem sollemnitate sępius digne apteq́ disse/rere: non est tamen liberum sacerdoti: in tanto diuinę mise/ricordię sacramento fidelibus populis subtrahere sermonis officium: cum ipsa materia ex eo quod est ineffabilis. fandi tribuat facultatem: nec possit deficere quod dicatur: de qua nunquam potest satis esse: quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas glorię dei. et in explicādis operibus mi/sericordię eius: imparē se semp inueniat. Laboremus sensu. hereamus ingenio. deficiamus eloquio: bonū est ut nobis parum sit: quod etiam recte de domini maiestate sentimus. Dicēte enī propheta: Querite dominum & confirmamini: querite faciem eius semper: Nemini p̄sumendum est: quod totum quod querit: inuenerit. ne desinat propinquare: qui cessarit: accedere. Quid autē inter oīa opera dei: in quibus humanę admirationis fatigatur intentio: ita cōtemplatione mētis nostrę & oblectat: & superat: sicut passio saluatoris? de cuius oīpotētia. q̄ ei cū patre unius & equalis essentię est: quotiēs ut possumus: cogitamus: mirabilior nobis fit in deo humilitas: q̄ potestas. & difficilius capitur diuinę ma/iestatis exinanitio: q̄ seruilis formę in summa p̄uectio. Sed multum nos ad intellectum iuuat: q̄ licet aliud sit creator: aliud creatura: aliud deitas inuiolabilis: aliud caro passibilis: in unā tamen personam concurrat proprietas utriusq́ sub/stantię: ut siue in infirmitatibus: siue in uirtutibus eiusdem sit contumelia: cuius & gloria. Hac fidei regula dilectissimi

quam in ipso exordio symboli, per autoritatem apostolicę institutiōis accepimus dominū nostrū Iesum christum quē filiū dei patris omnipotētis unicū dicimus: eundem quoq; de spiritu sancto natum ex maria uirgine confitemur. Nec ab eiusdem maiestate discedimus cum ipsum crucifixum & mortuum, tertia die credimus suscitatū. Omnia enim que dei sunt: & que hominis: simul & humāitas & deitas explevit: ut dū passibili impassibilis inest: nec uirtus infirmitate affici, nec infirmitas possit uirtute superari. Merito beatus Apostolus Petrus in huius unitatis confessione laudatus ē: qui cū dominus qd de ipso intelligerēt discipuli, scrutaretur omnium celerrime ora preueniēs: Tu es inquit Christus filius dei uiui: quod utiq; nō reuelante uidit carne uel sanguine: quoꝝ obiectu interiores oculi poterāt impediri: Sed ipso spiritu patris ī corde operante credentis: ut ad regimē totius ecclesię preparatus, primum disceret: quod doceret & pro soliditate fidei, quam erat predicaturus: audiret: tu es petrus, & super hanc petram ędificabo ęcclesiam meam: & portę inferi nō preualebūt aduersus eam: christianę igitū fidei fortitudo, que portas mortis super inexpugnabilem petram ędificata, nō metuit unum dominū Iesum Christū, & uerum deum & uerū hominem confitetur, eundem credens filium uirginis qui autor est matris: eundem natum in fine seculorum qui creator est temporum, eundem omniū dn̄m uirtutū, & unū de stirpe mortalium, eundem peccati nesciū, & in similitudinem carnis peccati pro peccatoribus immolatum qui ut humanū genus uinculis mortiferę preuaricatiōis absolueret: & feuienti diabolo potentiā suę maiestati occultauit: & infirmitatē nostrę humilitatis obiecit. Si enim crudelis, & superbus inimicus consiliū misericordię dei nosse potuisset: Iudeorū aīos mansuetudine potius temperare, q̄ iniustis odiis studuisset accendere: ne omniū captiuorum amitteret seruitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem. Fefellit ergo illum malignitas sua, intulit supplicium filio dei, quod cunctis filiis hominum in

remediũ uerteretur. Fudit sanguinẽ iustũ qui reconciliando mũdo. & preciũ esset & poculum. Suscepit dominus quod secundum ꝓpositum sue uolũtatis elegit. Admisit in se impias manus furentium: que dum proprio incumbũt sceleri famulate sunt redemptori: cuius etiã circa ĩterfectores suos tãta erat pietatis affectio. ut de cruce supplicãs patri se non uindicari: sed illis postularet ignosci: dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciũt. de cuius utiq; orationis potentia fuit: ut p̃dicatio appostoli ex iis qui dixerũt: Sanguis illius super nos. & sup filios nostros. multorũ ad penitẽtiam corda conuerteret. & uno die baptizarentur tria fere milia iudeorum. fieretq; omnium cor unũ. & anima una. paratorũ iam pro eo mori: quem poposcerant crucifigi. Ad hanc indulgentiam traditor Iudas peruenire non potuit: quoniam perditionis filius. cui diabolus stabat a dextris. prius in desperationem transiit: q̃ sacramentum Christus generalis redemptionis impleret. Nam ꝓ omnibus mortuo impiis dño potuisset etiam hic cõsequi remedium si non festinasset ad laqueum. Sed maligno cordi nunc furtis fraudum dedito. nũc parricidalibus cõmertiis occupato. nihil unquã documẽtorũ misericordie Saluatoris ĩsederat: nec piis acceperat auribus domini uerba dicẽtis: Non ueni uocare iustos sed peccatores. & filius hominis uenit querere & saluare quod perierat. Nec intellexerat clemẽtiam Christi. qui nõ solum corporeis infirmitatibus medebatur: sed etiam uulnera debilium curabat animaꝝ. dicẽs paralitico sanato. Confide fili: remittũtur tibi peccata tua. & oblate sibi adultere. nec ego te cõdemnabo: uade & amplius noli peccare: ut per omnia opera sua ostenderet. in illo aduentu suo Saluatorem mũdi se uenisse non iudicem. A quo intellectu alienatus impius traditor insurrexit in semetipsum: non iudicio penitentis: sed furore pereuntis. ut qui uite autorem interfectoribus uẽdidisset: in augmentum damnationis sue etiam moriendo peccaret. Sed ergo falsi testes q̃d cruẽti principes. & impii sacerdotes in domini Iesu xp̃i misterio ignauia Presidis. et

famulatu imperitę cohortis egerūt: et detestandū uniuersis seculis & amplectendū fuit. Crux enim dñi sicut in iudeo℞ erat mente crudelis: ita est ī crucifixi uirtute mirabilis. furit in unū popolus. & miseretur omniū Christus. quod śeuitia īfertur: potestate suscipitur. ut licētia facinoris ęternę opus impleat uoluntatis. Vnde omnis ordo rerum gesta℞ quem plenissime euangelica narratio precucurrit: ita fidelium est accipiendus auditu: ut salua fide actionū que tēpore dominicę passiōis implete sunt: intelligamus nō solum remissionē peccatorum in Christo completam: sed etiam formā iustitię esse propositam. uerum ut hoc diligentius iuuante domino disseratur hęc sermōis portio in quartā sabbati reseruetur. Aderit ut speramus gratia dei quę nos orantibus uobis faciat promissa complere per Christum dominum nostrum.

OMnia qdem tempora dilectissimi christiano℞ animos sacramēto dominicę passiōis. & resurrectōis excercēt. neq₃ ullum nostrę religionis officiū est: quo non tam mundi reconciliatio q̄ hūanę in Christo naturę assumptio celebret. Sed nunc uniuersam ęcclesiam maiore intelligentia instrui: & spe feruētiore oportet accendi: quādo ipsa rerū dignitas ita sacratorū dierum recursu & paginis euangelicę ueritatis exprimitur: ut pascha domini non tam preteritum recoli: q̄ presens debeat honorari. In nullo igitur ab iis quę ad crucē Iesu Christi pertinent fidei nostrę peregrinetur intuitus. & nihil eo℞ quę narratione euāgelii retexuntur: ocioso capiamus auditu. ut quia non defuerunt: nec adhuc desunt: qui ueritatem dominicę incarnationis impugnent: & q₃ in utero Virginis matris Marię uerbum caro factum est: q₃ infans ęditus per incremēta corporea. ad pfectę uirilitatis profeci ętatē: quodq₃ crucifixus mortuus ac sepultus die tertia resurrexit: in nostrę quidem imaginis forma: sed nō in nostrę carnis asserant gestum esse natura: Nos ab euangelicis. & apostolicis testimoniis nullatenus recedētes eo℞ ītelligētia

roboremur: quoꝝ nos certissima experimēta docuerunt: ut
pie atq; constanter possimus dicere: qm̄ ī illis & nos eruditi
sumus. & qđ uiderūt: uidimus. & qđ contrectauerūt palpa/
uimus Et ideo in passione domini non conturbamur: quia
in generatione non fallimur. Scimus etenim dilectissimi &
toto corde profitemur patris & filii & spiritus sancti unam
esse deitatē. & īconsubstantialē sempiternę trinitatis essen/
tiam in nullo a se diuisam esse. quia simul est intempabilis:
simul est incōmutabilis. simul qđ est esse nō desinēs. In hac
autē ineffabili unitatę trinitatis cuius in omnibus cōmunia
suat opera atq; iuditia. reperationem bumani generis ꝓprie
filii persona suscepit: quoniam ipse est per quem omīa facta
sunt: & sine ipso factū est nibil: quiq; plasmatū de limo ter/
rę. flatu uitę rationalis animauit. Idem naturam nostram ab
ęternitatis arce deiectā amissę restitueret dignitati & cuius
erat cōditor: etiā esset reformator. Sic consiliū suū dirigens
in effectum ut ad dominationē diaboli destruendam magis
uteret̄ iusticia ratiōis: q̄ potestate uirtutis. Quia ergo primi
bominis uīuersa posteritas uno simul uulnere sauciata cor/
ruerat: nec ulla sanctoꝝ merita conditionem poterant illatę
mortis euīcere: uenit e cęlo medicus singularis multis sępe
significationibus nūtiatus: & prophetica diu pollicitatione
promissus: qui manēs īforma dei & nibil proprie maiestatis
amittēs ī carnis nostrę anīęq; natura sine cōtagione antiquę
p̄uaricationis oriretur. Solus enim beatę uirginis natus est
filius absq; delicto non extraneus ab bominum genere. sed
alienus a crimine. in quo illius ad imaginem & similitudinem
dei conditi & perfecta esset innocētia. & uera natura. Cum
de Adę ꝓpagine unus existeret: in quo diabolus. quod suū
diceret: nō baberet. qui dum ī eum sęuit: quem sub peccati
lege nō tenuit: ius impie dominationis amisit. Effusio enim
pro īiustis sanguinis iusti tam potēs fuit ad p̄uilegium: tam
diues ad precium: ut si uniuersitas captiuoꝝ in redēptorem
suum crederet nullum tyrannica uīcula retinerēt. quoniam
sicut ait Apostolus: ubi abundauit peccatū. superabūdauit

et gratia. Et cū sub peccati p̄iuditio nati potestatē accepe-
rūt ad iusticiā renascendi: ualidius donū factū est libertatis:
q̄ debitum seruitutis. quam itaq; in huius sacramenti p̄sidio
spem relinquūt: qui ī saluatoris nostri corpore negāt hūanę
substantię ueritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati? quo
sanguine sint redempti? Quis est: qui tradidit semetipsum
p̄ nobis oblationē & hostiā in odorē suauitatis? Aut quod
unq̄ sacrificium sacratius fuit: q̄ quod pontifex uerus altari
crucis per imolationē suę carnis imposuit? Quamuis enim in
conspectu domini multoꝝ sanctorum preciosa fuerit mors.
nullius tamē īsontis occisio ꝓpiciatio fuit mūdi. Acceperūt
iusti nō dederūt coronas. & de fideliū fortitudīe exēpla nata
sunt patiētię: non dona iusticię. Singulares q̄ppe in singulis
mortes fuerūt nec alterius quisq̄ debitū suo funere soluit:
cū inter filios hoīm solus dn̄s noster Iesus extiterit: in quo
omnes crucifixi: oīs. mortui: omnes sepulti: oīs etiā sunt
suscitati. de q̄bus ipse dicebat. cū exaltatus fuero: oīa trahā
ad meipsum. Fides enī uera iustificās impios & creās iustos
a naturę suę tracta p̄ticipe in illo acquirit salutem: in quo se
inuenit īnocentem. Et quia unus ē mediator dei & hominū
homo Iesus Christus per cōmunionē sui generis ad pacem
peruenit deitatis. Liber habens de eius potētia gloriari q̄
contra hostē superbū ī carnis nostrę infirmitate cogressus:
iis uictoriam suam tribuit: in quoꝝ corpore triūphauit. Cū
igitur in uno dn̄o nostro Iesu Christo uerbo dei atq; hōis
filio diuinam confitemur de patre naturā: humanā de matre
substantiam: licet uerbi dei & carnis una persona sit: nō una
substantia: & utraq; essentia cōmunes habeat actiones: itelli-
gendę tamē sunt: ipsorum operū qualitates. & sincerę fidei
cōtemplatione cernēdum est ad quę prouehatur humilitas
infirmitatis. & ad quę inclinetur altitudo uirtutis. Quid sit:
quod caro sine uerbo non agit. & quid sit: quod uerbū sine
carne nō efficit. Sine potētia enī uerbi nec conciperet uirgo:
nec pareret. & sine ueritate carnis obuoluta pānis īfantia nō
iaceret. Sine uerbi potentia nō adorarent magi pueꝝ nouo

fidere declaratum: et fine ueritate carnis non iuberet puer in egyptum transferri: quē Herodes cupiebat occidi. Sine uerbi potentia non diceret mox patris missa de celo hic est filius meus dilectus. in quo mihi bene cōplacui. & fine ueritate carnis non ꝓtestaretur Iohannes: Ecce agnus dei ecce q̄ tollit peccata mūdi. Sine uerbi potentia nō fieret redintegratio debilium: et uiuificatio mortuorū. & fine ueritate carnis nec cibus ieiuno. nec fōnus esset necessarius fatigato. Postremo fine uerbi potētia nō se dn̄s patri profiteret̄ equalem: et fine ueritate carnis nō idem diceret patrem se esse maiorem cum catholica fides utrunq̄ suscipiat utrūq̄ defendat. que fcd̄m proprietatē diuine hūaneq̄ substantie. unum dei filium & hominē credit. et uerbum. Multa sunt dilectissimi que ad expositionem huius. quam predicamus fidei de toto scripturam corpore possemus assumere: quia nihil sepius diuinis cōmendatur eloquiis. q̄ dei filius fcd̄m deitatē sempiternus ex patre. & idē fcd̄m carnem tēperalis ex matre. Sed ne caritatis nostre fatiget̄ auditus. hodierno sermoni adhibendus est modus. ut quarta sabbati que sunt adiicienda seruemus. auxiliāte domino nostro Iesu Christo q̄ cū patre. et spiritu sancto. uiuat & regnat ī secula seculoꝝ.

E Vangelica lectio dilectissimi que sacratissimam domīce passionis reseraūit hystoriā: ita uniuerse ecclesie nota est de cōmuni frequenter auditu: ut rerū gestarum ordinē tanq̄ sub uestris habitū oculis singuli quiq̄ recolatis. Nec paꝝ estimādi sunt ꝓfecisse: q de iis que audiūt: nō dubitāt ut etiam si mūdum liquide aliqd̄ ualeant scripturaꝝ capere sacramētū: firmissime tamē credāt ī diuinis libris nullū esse mendaciū. Quia ergo sincere fidei promissa est itelligentie plenitudo: erigat se ad ꝓmerēdā spiritus sancti eruditionē illuminataꝝ mentiū uigor. & non cōtentus sit facti ordinē nosse: nisi etiā ipsam rationē impense sibi pietatis inspiciat: ut autorē suum humana natura sciendo quantum ab eo sit

dilecta: plus diligat. Miserēdi enim nostri causam deus nisi in sua bonitate nō habuit. Et mirabilior est secūda hominū generatio: q̃ prima conditio. quia plus est ĩ nouissimis seculis reparasse deum quod perierat: q̃ a principio fecisse: q̄d non erat. Libertatem itaq; ĩnocentię naturalis quam primorum parentum preuaricatione perdidimus: nulla per se sanctorū precedentium merita receperūt: quia lata in transgressores sententia omnē progeniem captiuę posteritatis obstrinxit. et nemo extitit exors a damnatione: quia nullus fuit liber a crimine. Sed redemptio saluatoris destruēs opus diaboli et rūpens uincula peccati: ita imagine pietatis suę disposuit sacramentum: ut usq; ad consummationem quidem mundi prefinita generationū plenitudo decurrent: Sed renouatio originis per iustificationē ĩdiscrete fidei ad oĩa retro secula ptineret. Incarnatio quippe uerbi & occisio ac resurrectio Christi uniuersorū fidelium salus facta est. et sanguis unius iusti quem nobis pater donauit qui eum pro recōciliatione mundi credimus fusum: hoc contulit patribus qui similiter credidere fundendum. Nihil ergo dilectissimi ab antiquis significationibus ĩ christiana religiōe diuersum est. nec unq̃ a precedentibus iustis nisi in dño Iesu Xpo sperata saluatio est dispensationibus quidem pro diuinę uoluntatis ratione uariatis. sed ĩ idipsum coruscantibus et legis testimoniis & pphetie oraculis et oblatōibus hostiaꝝ. quia sic cōgruebat illos populos erudi: ut quę reuelata nō caperēt: obumbrata susciperent. & maior euangelii esset autoritas: cui tot signis totq; miraculis atq; mysteriis ueteris testamenti paginę deseruissent. de quibus dominus ꝓfitebatur quod nō uenerat legē soluere sed adimplere. Non ęstimet sibi ꝓdesse Iudeus qui ĩ litterę carnaliter superficie demoratur. et iis scripturis conuincitur: quę apud nos ueram sui optinent dignitatem. dū & erudimur predictis: et ditamur impletis. dicēte enim domino Cum exaltatus fuero: oĩa trahā ad me: nihil legaliū instructionum nihil propheticarum resedit figurarū: quod nō totū ĩ Xpi sacramēta trāsierit. Nobiscū est signaculum

circūcisionis. sanctificatio charismatū. cōsecratio sacerdotū. Nobiscum puritas sacrificii. baptismi ueritas. honor tēpli. ut cessarent nuncii: postq̄ nunciata uenerunt. Nec uacuat reuerētia ꝓmissionū: quia plenitudo manifestata est gratiaꝝ. Verum sicut ait apostolus: Cecitas in Israel ex pte facta est. nec q̄ filii carnis hii filii sūt ꝓmissiōis: ieffabilis misericordia dei Israeliticum sibi populum de omnibus nationibus fecit. et saxeo illo gentiliū rigore mollitu ueros Abrahe filios excitauit ut cōclusis ōnibus sub peccato qui carne nati sunt: spiritu renascantur. nec ītersit: quo patre sit quisq; genitus cū per indiscretā unius fidei cōfessionē & fons baptismatis faciat innocentes: et electio adoptionis confirmet heredes. Quid enim aliud agit crux cristi: q̄ ut destructis inimiciciis et reconcilietur mundus deo: & per sacrificiū imaculati agni uerā in pacē cūcta reuocent. Non autē concordat deo: qui ab ea quā ī generatione sua ędidit ꝓfessione dissentit diuini īmemor pacti. inherere ostenditur renuntiatis: dum resilire īuenit a creditis. Frustra eīm christianū nomē sibi usurpat: et nequaq̄ ęstimet se pascha dn̄i celebrare: qui Iesū Christū īea qua natus est & passus et mortuus & sepultus est carne resurrexisse nō credit: et nostre īillo nature resuscitatas primicias non fatetur. Verus itaq; ueneratē dominicę passionis sic crucifixum Iesum oculis cordis aspiciat ut illius carnem suā esse cognoscat. Cōtremiscat ī redemptoris sui supplicio terrena substantia. rumpantur īfidelium mentium petre. et qui mortalitatis grauabant sepulchris discussa obstaculoꝝ mole prosiliant. Appareant quoq; in ciuitate sancta ī ecclesia dei future resurrectiōis iudicia. & qđ gerēdū ē īcorporibus fiat in cordibus. Nulli infirmoꝝ crucis est negata uictoria. nec quisq̄ est: cui non Christi auxilietē oratio. Que si multis in eum sęuientibus profuit: quantomagis eos qui ad ipsum conuertunt adiuuabit. Sublata est ignorātia. temperata est difficultas. & igneā illā qua uite regio erat inclusa: rompheā sacer Christi sanguis extixit. uere luci antique noctis cessit obscuritas. imitat ad paradisi diuitias populus christianus.

et cūctis regeneratis ad amissā patriā patefactus ē reditus. si nemo sibi illam uiā faciat claudi: quę fide latronis potuit apiri. Celebrantes igitur dilectissimi paschalis festi ieffabile sacramentū agnoscamus docēte spiritu dei ad cuius glorię participationē uocati & ad quam spem sumus igressi. Nec ita nos nūc āxię nūc superbę psentis uitę occupent actiōes: ut non toto cordis affectu cōfirmari redēptori nostro per illius exempla nitamur. Nihil enim non ad nostram salutem aut egit: aut pertulit ut uirtus quę inerat capiti: inesset etiā et corpi. Nā primū ipsa substātię nostrę ī deitate susceptio qua uerbum caro factū est: & habitauit ī nobis: quē hoīem misericordię suę nisi infidelem reliquit exortem? Et cui nō communis cū christo est: si assumētem recipit: et eo spiritu est regeneratus: quo ille ꝓgenitus. Deinde quis in illo suas nō agnoscat īfirmitates? quis perceptionē cibi: requietōnē somni solicitudinē męstitudīs lachrymas pietatis nō uideat formę fuisse seruilis. Que qm̄ ab ātiquis sanāda uulneribus et a colluuiōe erat purganda peccati: Ita unigenitus dei etiā hominis factus est filius: ut & omni humāitatis ueritate et diuinitatis plenitudine nō careret. Sicut itaq; nostrum est quod cum unitione deitatis peperit materna uirginitas: ita nostrum est quod et iudaica crucifixit impietas. nostrū est quod examine iacuit. & quod die tertia resurrexit. quodq; super oīs altitudines celoꝝ ad dexterā paternę maiestatis ascendit. ut si per uiam mādatorum eius incedimus: & si quę ī humilitate corporea nostrę ipendit saluti nō erubescimus confiteri: Nos quoq; ī glorię eius cōsortium prouehamur. quoniam manifeste quod nuntiauit implebitur. Omnis qui confitebitur me coram hominibus: et ego confitebor eum coram patre meo qui in cęlis est. Huic autem cohortationi nostrę adest atq; auxiliatur gratia dei: quę incarnationis xp̄i et mortis ac resurrectionis eius inimicos reuelata per ōnes ecclesias ueritate destruxit: ut totius mūdi fideles cum a/ postolicę fidei autoritate cōcordes una nobiscū exultatōne gauderent. dicēte beato Paulo an ignoratis: quia quicunq;

baptizati sumus ĩ Xpo Iesu ĩ morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum ipo per baptismum in mortẽ: ut quõ surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita et nos ĩ nouitate uitę ãbulemus. Si eĩm cõplãtati facti sumus similitudini mortis eius simul et resurrectionis erimus: hoc scientes quia uetus hõ noster simul crucifixus ẽ: ut destruatur corpus peccati: ut ult: a nõ seruiamus peccato. Qui eĩm mortuus est iustificatus est a peccato. si autẽ mortui sumus cum christo: credimus quia etiã simul uiuemus cũ illo. Qui uiuit et regnat cũ patre & spiritu sancto in secula seculorũ.

Gloria dilectissimi dominicę passionis de qua nos etiam hodie locuturos esse ꝓmisimus: hũilitatis maxime est miranda mysterio: quę oĩs nos & redemit: et docuit: ut ũde datũ est precium inde et iusticia sumeretur. Omnipotentia eĩm filii dei quę per eãdẽ essentiã ęqualis est patri: potuisset humanũ genus a dominatu diaboli solo ĩperio suę uolũtatis eruere: nisi diuinis operibus maxĩe congruisset. ut nequicię hostilis aduersitas de eo quod uicerat uinceret. et per ipãm materiam naturalis repararetur libertas: per quam generalis fuerat illata captiuitas. Dicente autem euãgelista qđ uerbũ caro factũ est: & habitauit in nobis: et dicente apostolo qđ deus erat in christo mundum reconcilians sibi: ostensum est quia unigenitus summi patris tale iniit cũ humana hũilitate cõsortiũ: ut suscepta nostrę carnis animęq; substantia unus atq; idem dei filius permaneret nostra augendo nõ propria. quia infirmitas erat ꝓuehẽda nõ uirtus. ut cũ suo creatore creatura esset unita: nihil assumpto diuinum nihil assumenti de esset humanum. Hoc consilium humanę misericordię et iusticię dei licet in preteritis seculis q̃busdam uelaminibus erat obumbratum. non tamen ita tectum est: ut sanctorum qui ab initio usq; ad aduentũ domini laudabiles extiterũt: intellectui negaretur. cũ et ꝓpheticis uerbis & rerũ gestarũ significationibus salus quę ĩ Christo erat uentura: promissa

iit. quam non solum qui predicabant: adepti sunt: sed ōnes
etiā qui p̄dicantibus crediderunt. Vna enim fides iustificat
uniuersorum temporum sanctos. et ad eandem spem fideliū
pertinet quicquid per mediatorem dei & hominum Iesum
Christum uel nos confitemur factum: uel patres nostri ad/
orauere faciendum. Nec inter iudęos atq; gentiles ulla est
distinctio. Siquidē sicut ait apostolus: Circuncisio nihil est
ac preputiū nihil est: sed obseruatio mādatorum dei. quę si
cum integritate fidei seruentur: ueros Abrahę filios: idest
pfectos faciūt Christianos: dicēte Apostolo eodē. Quicūq;
eīm ī Christo Iesu baptizati estis: christū īduistis. Non est
Iudęus neq; Gręcus non ē seruus neq; liber. nō est masculus
neq; fęmina. omnes eīm unū estis in xp̄o. Si aūt uos Christi:
ergo Abrahę semen est secundum promissionem hęredes.
Non ergo est dubium dilectissimi naturam humanā ītantā
cōnexionē a filio dei esse susceptā: ut non solum in illo hoīe
qui est primogenitus totius creaturę: sed etiam ī omnibus
sanctis suis unus idēq; sit Christus. et sicut a mēbris caput:
ita a capite membra diuidi non possunt. Quanuis enim non
istius uitę sit sed ęternę: ut sit deus omnia in omnibus: tamē
modo etiam templi sui quod est Ecclesia īdiuisus habitator
est. secundum q̄ ipe promisit dicens: Ecce ego uobiscū sum
omnibus diebus usq; ad cōsummationē sęculi. q̄bus Apl̄us
consonans ait: Ipse est caput corporis ęcclesię qui est prin/
cipiū: primogenitus ex mortuis: ut sit ī omībus ipe primatū
tenens. quia ī ipso cōplacuit ōnem plenitudinē diuinitatis
habitare. & per eum reconciliari omnia in ipso. his autem et
aliis pluribus exēplis & testimoniis quid insinuat̄ cordibus
nostris: nisi ut per omnia ad imaginem eius renouemur? qui
permanens in forma dei carnis peccati forma fieri dignatus
est. Omnes enim īfirmitates nostras quę ueniūt de peccato
absq; peccati cōmuniōe suscepit. ut et famis & sitis et somni
et lassitudinis męroris ac flętus affectionibus non careret.
Doloresq; seuissimos usq; ad mortis extrema pateretur: quia
nemo posset laqueis mortalitatis absolui: nisi ille in quo solo

innocēs erat natura omnium:sineret se interfici manibus impioꝝ. Vnde saluator noster filius dei uniuersis in se cre/dentibus et sacramentum condidit: & exemplum. ut unum apphenderent renascēdo. alterꝝ sequerentur imitādo. Hoc eīm docet beatus Petrus Apostolus dicens: Xp̄s passus est ꝓ nobis: nobis relinquēs exēplū ut sequamini uestigia eius. qui peccatū nō fecit. nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cū malediceret: nō maledicebat: cū pateret: nō cōminabat. Tradebat autē iudicanti se iniuste. quia peccata nostra ipse ptulit ī corpore suo super lignū: ut peccatis mortui iusticię uiuamus. Sicut ergo nemo est credētiū dilectissimi cui dona negāda sint gratię: Ita nemo est: qui nō sit Xp̄ianę debitor disciplinę. quia et si remota est iusticię legis asperitas. uolū/tarię tamen obseruantię creuit utilitas: dicente ęuangelista Iohāne: Quia lex per Moysen data est. gratia aūt & ueritas per Iesum Christum facta est. Omnia enim quę secundum legem siue ī circūcisiōe carnis siue ī diuersitatibus hostiarū siue in sabbati obseruātia precesserūt: Christum testificata Xp̄i sunt gratiā prelocuta. Et ipse est filius non euacuando significationes ipsius: sed implendo. qui licet idem sit autor ueterū qui nouaꝝ figurarum: tamen promissionum sacra/menta mutauit: quia ꝓmissa perfecit. et denunciationibus cessatiōnē imposuit: quoniā denūciatus aduenit. In p̄ceptis autē moralibus nulla prioris testamēti decreta reprobata. sed ęuangelico magisterio multa sunt aucta. ut perfectiora et lucidiora essent dantia salutem: q̄ ꝓmittentia saluatorem. Omnia igitur quę dei filius ad recōciliationē mūdi et fecit: et docuit: non ī historia tantū preteritaꝝ actōnū nouimus: sed etiam in presentium operum uirtute sentimus. Ipse est qui de spiritu sancto ex matre ęditus uirgine incōtaminatā ęcclesiam suam eadē īspiratōne fecūdat. ut per baptismatis partū inumerabilis filioꝝ dei multitudo gignat: de quibus dicitur. Qui nō ex sanguinibus neq̧ ex uolūtate carnis neq̧ ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. Ipse est ī quo semen Abrahę totius mūdi adoptione benedicit. et fit patriarcha

gentium pater: dū ꝓmissionis filii fide nō carne nascuntur. Ipse est qui nullius gentis exceptionē faciēs de oīni natōne que sub celo est unum sanctarum ouium efficit gregem: et quotidie implet quod promiserat dicens: habeo alias oues: que non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: et uocē meā audient. & fiet unū ouile et unus pastor. Quāuis enim beato Petro principaliter dicat pasce oues meas: Ab uno tamen domino ipsa omnium regitur cura pastorum. et uenientes ad petram tam letis tam irriguis pascuis alit: ut innumere oues dilectōis piguedine roborate: sicut bonus pastor dignatus est pro ouibus suis aīam ponere. ita & ipse non dubitent ꝓ nomine pastoris occumbere. Ipse est enim cui non solū gloriosa martyrum fortitudo sed etiam omniū renascentium fides in ipsa regeneratione compatitur. Dum enim renuntiaī diabolo: & creditur deo: dum in nouitatem a uetustate transīt: dum terreni hominis imago deponiī: et celestis suscipiī: quedā species mortis & quedam similitudo resurrectionis interuenit: ut susceptus a Christo Christūq; suscipiens non idem sit post lauacrum: qui ante baptismum fuit. sed corpus regenerati fiat caro crucifixi. Hec cōmutatio dilectissimi dextre excelsi est: q̄ operaī oīa in omībus: ut in singulis fidelibus per bone conuersationis qualitatem ipsum piorum operum intelligamus autorē gratias agentes misericordie dei: Qui īnumeris charismatum donis ita uniuersum ecclesie corpus exornat. ut per multos unius hominis radios idē ubiq; splēdor appareat. nec possit nisi gloria esse Christi cuiuslibet meritum Christiani. Hoc est uerū lumē: quod omnem hominem iustificat. hoc est illud: quod eruit de potestate tenebrarum: & transfert ī regnum filii dei. hoc est quod per nouitatē uite desideria animi ꝓuehit: & concupiscētias carnis extinguit. Hoc est per quod pascha dñi in azimis sinceritatis & ueritatis legitime celebratur: dum fermento ueteris malicie abiecto noua creatura de ipō dño inebriaī et pasciī. Nō eīm aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi: q̄ ut in id quod sumimus: transeamus.

et in quo commortui & consepulti et conresuscitati sumus ipsum per oia et spiritu & carne gestemus: dicēte apostolo: Mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Xpo in deo. Cum enim Christus apparuerit uita uestra: tunc et uos cum Christo apparebitis in gloria. qui cum patre &c.

SErmonem dilectissimi de gloriosa domini nostri Iesu Christi passione .pmissū ita expectationi uestre ītelligo esse reddēdū. ut offitiū differēdi & festo paschali coueniat: et auribus impii erroris occurrat. Qui enim dei filiū ueram nostre carnis negant suscepisse naturam: inimici sunt fidei christiane. et euangelicam predicationē nimis impudenter impugnant. ut secundum ipsos crux Christi. aut simulatio fuerit fantasmatis: aut supplicium deitatis. quod a cordibus piorum longe est repellendum. quia catholica ītegritas nec maculam perfidie. nec rugam posset habere mendacii: que unum Christum sicut deum sic hominem confitetur. ut nec falsum hominem. nec deum dicat fuisse passibilem. Quāuis ergo ab illo initio quo in utero uirginis uerbū caro factum est: nihil unq̄ inter diuinam humanāq; substantiā diuisionis extiterit: & per omnia incrementa corporea unius persone fueri: totius tēporis actoēs: ea ipsa tam que inseparabiliter facta sunt: nulla permixtōne confundimus. Sed quid: cuius nature sit ex operū qualitate sentimus. nec enim diuina hu/manis preiudicant: nec humana diuinis. cum ita in idipsum utraq; cōcurrāt: ut ī eis nec .ppietas absumat: nec persona gemineť. Transcursis igitur iis que passionē dni pcesserunt: quid documentoꝝ habeat sacramentū paschale tractemus. Nam exardescente ad effectum sui sceleris seuicia Iudeoꝝ: cum deus esset in christo mundum reconcilians sibi: nulla uis tēplo corporis eius. nisi ipē pmitteret: potuisset inferri. Siquidem terribilis militum cohors illa & a principibus et pharīseis cū gladiis & fustibus missa multitudo. ita una dni uoce percussa est: ut cum turbe dixissent Iesum se querere

nazarenum: et ipse respōdisset: ego sum: nemo eorum sub/sisteret. sed omēs simul amisso membrorū offitio retrorsum acti elisiq; corruerent. In quo utiq; diuine potestatis erat iudiciū: que impiorꝝ conatus nō armis contrariis neq; ullius creature potētis auxilio. sed sola uerbi uirtute ꝓsterneret. Quia uero saluādo humano generi alterius operis ratio non congruebat: nec posset sanguis Christi precium credētium fieri: si redēptor se nō sineret cōprehēdi: Admisit ī se ipias manus: et cohibita est ī se potētia deitatis: ut perueniret ad gloriam passionis: Cuius utiq; inanis fuisset species et nulli ꝓfutura imago tolerantię nisi uera diuinitas ueris se humanę carnis sensibus īduisset: ut unus dei atq; hōmis filius aliūde ītemerabilis aliūde passibilis mortale nostrū ꝑ suū īmortale renouaret. Et ideo męstitudinę ideo fortitudine non care/bat: ut ad euincēdas huius mūdi perturbationes nō solum nos sacramento susceptionis: sed etiā exemplo fortitudinis roboraret. Nam īiusta uiderēt eius ad pacīētiā cohortatio: cui nulli esset ī nostra infirmitate communio. Veras autem dñi passiones Esaias Propheta ipsius uoce ꝓnūtiat dicens: Dorsum meum dedi in flagella. et maxillas meas in palmas. uultum autem meū non auerti a confusione sputorꝝ: Quod itaq; uerbi caro patiebatur: non uerbi pęna erat: sed carnis. cuius iniurię atq; supplicia etiā ad impassibilē redūdabant. ut merito ei dicanī illata que in ipsius sunt corpus admissa: dicente apostolo: Si eīm cognouissent: nūq̄ dominū glorię crucifixissent. obcecati cīm Iudei malicia sua ī qd̄ ꝓrupissēt facinus nesciebāt: Vnde misericors dominus Iesus qui etiā interfectores suos uellet sua morte saluare pro ignorantia sęuientium de crucis altitudine supplicabat dicens: pater ignosce illis. quia nesciūt quid faciūt. Nec intellectu enim cordis nec auditu auris nec oculorum intuitu sentiebant: quem falsis testimoniis appetissent: quē affigi patibulo coe/gissent: dum in corpore hominis non agnoscūt substantiam deitatis. Viderunt humilē: et nō adorauerūt uniuersitatis autorem. nec ītellexerūt potestatem iudicaturi. despiciētes

mansuetudinē iudicati.ut persequutores ueri dei et nega/
tores ueri hominis una impietas sotiaret.dum serui formam
in Christo et Iudei estimant solam & heretici asserūt nullam.
Dicāt ergo isti phātastici Xpiani quę substantia Saluatoris
affixa sit ligno.quę iacuerit ī sepulchro.et reuoluto monu/
mēti lapide quę tertia die caro resurrexerit:uel q̄le corpus
Iesus discipulorū uisui clausis ab eo ostiis īgressus itulerit:
cum ad abigendam cernentium diffidentiam inspici oculis
digitisq̧ tractari patētes adhuc fixuras clauorum & recens
cōpuncti lateris uulnus exegerit. Ac si tāta ī luce ueritatis
tenebras suas heretica obduratio non relinquit:ostendant
unde sibi spem uitę polliceātur ęternę.unde resurrectionis
Christi se credāt esse cōsortes. Nō eīm possent cū apostolo
dicere:Christus resurrexit a mortuis primicię dormiētium:
quia nō sunt primicię hominū:si nō sunt de humanę stirpe
naturę. Qui eīm primus hominū resurrexit:eius plenitudo
est portio quam precessit: Et pie creditur hoc quod est in
capite incohoatū:in membris quoq̧ esse complendum:quia
sicut ī Adam oēs moriunt̄:ita et ī xp̄o oēs uiuificabūtur:
Amplectētes igitur dilectissimi humanę spei unicū pignus:
non diuellamur a compage corporis Christi:ī quo habitat:
sicut apostolus ait:Omnis plenitudo diuinitatis corpaliter.
et estis repleti in illo. Nam cum īcorporea sit substātia dei:
quomodo corporaliter ī Christo habitat:nisiq̧ caro nostri
generis facta est caro deitatis & in illo sumus deo repleti.in
quo sumus etiam suscitati:ut possimus cū apostolo dicere:
Nostra autē conuersatio in celis est.unde etiā expectamus
Saluatorem dominū nostrū Iesum Christū qui reformabit
corpus humilitatis nostrę cōforme fieri corpori glorię suę.
uiuens et regnans cū patre & spiritu sancto ī secula seculoꝝ.

SEmper quidem dilectissimi fidelium mentes in diui/
norum decet admiratōne uersari et ratōnales animos
iis maxime cogitationibus inherere per quas incremētum

fidei consequant̃.cū eīm pia cordis intētio uel ad generalia
beneficia uel ad spālia ipsius gratię dona dirigit̃: multas a se
uanitates abigit:et a corporalibus curis in qđdam secretum
spiritale secedit. Sed hoc in tēpore dominicę passiōis multo
auidius excellētiusq; faciēdū ē:ut ea quę sunt sacris lectio/
nibus recensita: sanę ītelligentię suscipiantur auditu. et quę
magna sunt uerbis:appareant maiora mysteriis. Prima nāq;
erigēdi sursum nostri cordis ē ratō:qđ ea etiā quę euāgelica
ueritas narrauit:uoces prophetice non tanq̃ gerenda: Sed
tanq̃ gesta cecinerāt.& qđ hūanę aures nondū cognouerāt
faciēdum:iam spiritus sanctus predicabat impletum. Nam
rex Dauid cuius secundum hominem semen est Christus:
diem crucis dñi mille et plusq̃ cētum annoꝝ ętate ꝑcessit.
et nihil eorū suppliciorū que sibi memorat illata perpessus
est. Sed quia per os eius ille loquebat̃:qui carnē passibilem
ex ipsius stirpe erat sūpturus:merito sub ipsius ꝑsona pre/
mittitur historia crucis:qui ī se gerebat corporeā originem
Saluatoris. Vere enim Dauid in christo est passus:quia uere
Iesus in Dauid carne est crucifixus. Cum ergo omnia que
in Christo iudaica admisit impietas tanto ante ꝑdicata sint:
ut nō tā de futuris q̃ de ꝑsentibus sit sermo cōtextus: quid
aliud nobis q̃ sempiternarum dispositionum dei incōmuta/
bilibus ordo referat̃ apud quē & discernenda iā diiudicata:
et futura iam facta sunt. Cum enim & qualitates actionum
nostrarū et effectus oīm uolūtatū sciētia diuina preueniat:
quāto magis deo nota sit opera sua & recte placuit: q̃i facta
recoli: que nō poterant omnino nō fieri. Vnde et Apostoli
spiritu dei pleni cum inimicorum Christi minas seuiciamq;
paterentur: concordi ad deū uoce dixerunt. Conuenerunt
enim uiri ī ciuitate ista aduersum puerū tuum Iesum quem
unxisti: Herodes & Pōtius Pilatus cum gētibus et populis
israel facere que manus tua et cōsilium tuum decreuerunt
fieri. Nunquid iniquitas persequētium Christū ex dei est
orta cōsilio. et illud facinus quod omni maius est crimine
manus diuinę ꝑparationis armauit. Nō hoc plane de summa

iustitia senciendum est. quia multum diuersum multumq̄ contrariū est id qđ inm alignitate Iudeoꝝ est precognitum et quod in Xp̄i est passione dispositum. Nō inde processit uoluntas interficiendi: unde moriendi. nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris & tolerantia redēptoris. Nō enim impias furentiū manus immisit in se dominus: sed admisit. Nec presciēdo quod faciendū esset: coegit ut fieret: cum tamē ad hoc carnē suscepisset: ut fieret. Deniq̄ inter crucifixum et crucifigētes tam dispares cause sunt: ut quod a Christo susceptum est: non posset resolui quod ab illis est commissum possit aboleri. Qui eīm uenit peccatores saluos facere ipsis quidem īterfectoribus suis misericordiam non denegauit: sed īpioꝝ malū in bonū credētium cōmutauit: ut mirabilior fieret gratia dei non sc̄dm merita hominum: sed secundum multitudinem diuitiarū sapientię & scientię dei misericorditer preparata. quando et ipsos qui fuderant sanguinē saluatoris reciperet unda baptismatis. Nam sicut scriptura quę apostolorum actus continet: loquitur. Cum predicatio beati Petri apostoli iudeoꝝ corda compūgeret: et agnita impietate sui sceleris dicerent: quid faciemus uiri fratres. idem apostolus ait: Penitētiam agite & baptizetur Vnusquisq̄ uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorū uestroꝝ & accipietis donū spiritus sancti. Vobis est eīm facta repromissio et filiis uestris & oībus qui longe sunt: quoscūq̄ aduocauerit dominus deus noster. Moxq̄ addidit scriptura: et dixit Qui ergo receperūt sermonem eius baptizati sunt. & appositę sunt in illo die circiter tria milia. Quod itaq̄ dominus Iesus Xp̄us furorē frementium pati uoluit: in nullo autor eorum criminum fuit. Nec egit: ut hec uellēt. sed cessit: ut possent. et sic usus est obcęcatę plebis insania q̄uo & perfidia traditoris: quem ab īmanitate cōcepti sceleris et beneficiis ē reuocare dignatus & uerbi assumēdo in discipulū: prouehendo in apostolū. mouendo signis: consecrādo misteriis: ut cui nihil beniuolētię deesset ad correctionē: nihil occasionis superesset ad crimē. Sed tu

impiissime homo semen Chanaan et non Iuda nec iam uas electionis sed filius pditionis & mortis utiliora tibi diaboli ĩcitamēta credebas: ut facibus ĩflāmatus auaricię ad trigīta argēteorum lucrū inardesceres & quid diuitiaꝶ amitteres: non uideris. Nam & si putabas credendum esse promissis: quę fuit ratio: ut tantillus pecunię modus preponeretur acceptis. Imperabas dęmonis.et medebaris infirmis.bono/rabaris cum apostolis:& ut finem tuę cupiditatis expleres: patebunt tibi furta de loculis. Sed animum interdictorum admonitum qđ minus licuit:amplius ĩcitauit.nec tā placuit quātitas pcii:q̄ magnitudo peccati. Vnde facinus cōmercii tui non ideo detestandū est:quia dominū uiliter ęstimasti: sed quia redēptorem etiā tuū ne tibi parceres:uendidisti. Et merito tibi tua pęna est cōmissa:quia in supplicĩū tuum nemo te seuior potuit ĩueniri. Quod igit̄ ĩ tēpore pstituto sc̄dm ppositū uoluntatis suę Christus crucifixus & mortuus et sepultus est:nō proprię cōditionis necessarias:sed nostrę captiuitatis redemptio fuit. Ideo eīm uerbum caro factum est:ut de utero uirginis sumeretur natura passibilis.ut qđ in filium dei perpetrari non potuit:in filium hominis possit admitti. Nā licet ĩ ipō ortu choruscarēt ĩ eo signa deitatis: & oĩa incrementa corporaliū pue ctuū diuinis essent plena miraculis infirmitatū tamē nostraꝶ susceperat ueritatem. et excepta cōmunione peccati nihil a se hūanę infirmitatis excluserat.& ut sua nobis ĩsereret:et ĩ se nostra curaret. Ab omnipotēte enim medico duplex nobis miseris remedium preparatū est:cuius aliud est in sacramento aliud in exēplo. ut per unum conferant̄ diuina.per aliud erigatur humana. Quia sicut deus iustificatiōis ē autor:ita hō deuotionis est debitor. Per hāc ergo dilectissimi salutis nostrę ineffabilem reparationē nec supbię nobis nec desidię locus relinquat̄. Quia & nihil habemus:nisi qđ accepimus.et iugiter admo/uemur:ut dona gratię dei non negligenter habeamus. Iuste enim nobis instat pcepto:qui precurrit auxilio.& benigne incitat ad obędientiā:qui ducit ad gloriā. Vnde merito dn̄s

ipse nobis factus est uia quia nisi per Christum non itur ad Christum: per ipsum autem ad ipm tēdit: qui per semitam paciētię et hūilitatis eius īcedit: ī quo plāe itinere nec ęstus deest laboris: nec nubes tristicię: nec procella formidinis. Ibi sunt īsidię iniquoꝝ ꝑsecutiōes īfideliū: minę potētium: cōtumelię superboꝝ. que dominus uirtutum & rex glorię ideo omnia in infirmitatis nostrę forma. et ī carnis peccati similitudine percurrit: ut inter presentis uitę pericula non tam optādum sit nobis declināndo ista effugere: q̃ tolerādo superare. Inde est: qđ caput nostrū dn̄s Iesus Christus oīa in se corporis mēbra trāsformans qđ olim ī psalmo eructa-uerat: id in supplicio crucis sub redemptorū suorum uoce clamabat. Deus deus meus respice ī me: q̃re me dereliq̄sti. uox ista dilectissimi doctrina ē. non querela. Nā cum ī xp̄o dei & hoīs ꝑsona sit: nec ab eo potuerit relinq: a quo non poterat separari. Pro nobis trepidis et infirmis interrogat: cur caro pati metuēs exaudita nō fuerit. īstante eīm passiōe ad sanandū & corrigēdum nostrę fragilitatis metū dixerat: pater si possibile ē trāseat calix iste a me. ueruntn̄ non sicut ego uolo: sed sicut tu. Et iteꝝ. Pater si non potest hic calix transire: nisi bibā illū: fiat uolūtas tua. Qui ergo trepidatiōe carnis euicta iam ad paternā transierat uoluntatem: et toto mortis terrore calcato opus suę constitutionis īplebat: cur in ipso tātę uictorię exaltatus triumpho causam & ratiōem qua sit relictus idest nō exauditus īquirit: nisi ut ostendat alium esse illū affectum quem ad humanę formidinis excu-sationē recepit: aliū illum quē ex ęterno placito patris pro mundi recōciliatione preelegit. Vnde ipsa uox nō exauditi magni est expositio sacramenti quod nihil humano generi cōferret redemptoris potestas: si quod patebat nostra ob-tineret infirmitas. Hęc hodie dilectissimi ne uos ꝓlixitate sermōis oneremus: dicta sufficiāt. Cętera in quartā sabbati differamus. Aderit dominus orātibus nobis ut quę soluēda promittimus Ipso largiente reddamus. Qui uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

Ermo proximus dilectissimi cuius uobis promissam restituere cupimus portionē in id differendi ratiōem processerat. ut de illa clamantis ad patrem crucifixi domini uoce loqueremur: ne simplex et icuriosus auditor ita acciperet uerba dicētis: Deus deus meus q̄re me dereliquisti: tanq̄ fixo Iesu in crucis ligno paterne ab eo deitatis omnipotentia recessisset: cum in tantam unitatem dei & hominis natura conuenerit: ut nec supplicio potuerit dirimi nec morte disiungi. Manente enim in sua proprietate utraq; substātia nec deus reliquit sui corporis passionē. nec deum fecit caro passibilē: Quia diuinitas quę erat in dolente: non erat in dolore: Vnde scđm uerbi hominisq; personam idem est. qui factus est inter omnia et per quē facta sunt omnia. Idem est: qui ipsorum manibus cōprehenditur: & qui nullo dolore sauciatur. Idem postremo est: qui mortem subiit: et sempiternus esse nō desiit. ut utrūq; signis non dubiis manifestetur q̄d uera sit iChristo humilitas: et uera maiestas. quia ideo se humanę infirmitati uirtus diuina conseruit: ut dum deus sua fecit esse: quę nostra sunt: nostra faceret esse: quę sua sunt. Nō ergo aberat a patre filius nec a filio pater: et illa deitas incōmutabilis & inseparabilis trinitas nihil sui poterat a se habere discretum. Quāuis eīm susceptę incarnatiōis dispensatio ad unigenitū dei filium ꝓprie ꝑtineret: sic tamen pater non abiungebatur a filio: quemadmodum caro non diuidebatur a uerbo. Ideo ergo Iesus uoce magna clamabat dicens quare me dereliquisti: ut notum omnibus faceret: q̄ non optauerit eum non erui non defendi: sed seuiētium manibus derelinqui. Hoc est saluatorem mundi fieri et omnium hominum redemptorem non per miseriam sed ꝑ misericordiam. Nec amissione auxilii sed definitione moriendi. Que uero illic uitę intercessio sentieda est: ubi anima & potestate est emissa. et potestate reuocata. Dicit enim beatus apostolus q̄ pater filio non pepercit. sed pro

nobis omnibus tradidit eū. Et iterū dicit. Quoniā Christus dilexit ecclesiā. et semetipm̄ tradidit ꝓ ea: ut eam sanctifi/caret. Vnde tradidominū passioni tam fuit paterne q̄ ipsius uoluntatis. Vt enim non solum pater relinqueret. sed etiam ipse se quadā ratione desereret non trepida discessione sed uoluntaria cessione. Continuit enim se a b impiis crucifixi potestas: et ut dispositiōe uteret̄ occulta uti uoluit uirtute manifesta. Nam qui mortē & mortis autorem sua uenerat passiōe destruere. quomō peccatores saluos faceret: si per/secutoribus repugnaret. Iudeorū igit̄ hoc fuit dilectissimi ut Iesum crederent a deo relictum: in quem tanto scelere seuire potuissent. Qui sacramentū mirabilis potētię nesci/entes sacrilega elusione dicebant. Alios saluos fecit: seipm̄ non possit saluum facere. Si rex israel est: descendat nunc de cruce. et credimus ei. Nō uestrę cęcitatis arbitrio stulti Scribę & impii Sacerdotes ostendenda erat potētia salua/tors: nec scd̄m preces blasphemātibus linguarum humani generis redemptio debebat omitti. Cum si deitatē filii dei uoluissetis agnoscere: innumera opera eius uideretis. quę uos ad eā que fallaciter ꝓmittitis fidē cōfirmare debuerūt. Si autem ut profitemini: uerū est quod alios saluos fecit: cur illa tot et tanta miracula quę sub publico facta sunt cōspectu: ī nullo cordis nostri duriciā molleriūt? Nisi qa ita semp sancto spū restitistis: ut oīa uobis bn̄ficia dei ī pniciem uerteretis. Nam etiam si descenderet Christus de cruce: uos tamē hęreretis ī crimine. Spreta ergo sunt uanę insul/tationis obprobria: & misericordiam dn̄i perdita & collapsa reparātem nullę cōtumelię nulla conuitia a sui uia ꝓpositi remouerunt. Offerebatur enim deo ꝓ salute mundi hostia singularis: & occisio Christi ueri agni per tot sęcula p̄dicata promissionis filios in libertatem fidei transferebat. Confir/mabatur quoqꝫ testamentū & Christi sanguine ęterni regni scribebātur hęredes. Ingrediebat̄ summus pontifex sancta sanctorum et ad exorandum deum immaculatus Sacerdos per uelum suę carnis intrabat. Deniqꝫ adeo tunc a lege ad

euangelium a synagoga ad ecclesiam a multis sacrifitiis ad unam hostiam quę deus est: euidens est facta translatio: ut emittēte spiritum dño uelum istud mysticū quod templi penetralia sanctiq; secretum suo intercludebat obiectu a summo usq; ad imū ui subita scideret. Quoniā figuras ueri/tas auferebat. et superflue erāt nuncii sub p̄sentia nuntiati. Adiiciebatur iis elementorum omniū tremenda cōmotio & autoribus Christi crucis ipsa se naturę officia subtrahebāt. Cumq; custos supplicii centurio territus iis quę uiderat: di/ceret: Vere filius dei erat hō iste: impietatē tamē iudaicam monumentis et petris oībus duriorē nulla ꝓditur mitigasse cōpunctione: ut appareat paratiores ad intelligendū filium dei tunc fuisse Romanos milites q̄ Israeliticos sacerdotes. Quia ergo Iudei omniū sacramentorꝝ sanctificatiōe priuati lucem sibi ī tenebras & in luctum festa uerterunt: Nos di/lectissimi effusam super omnes gentes gratiā dei ꝑcliuibus corporibus atq; aīs adoremus: obsecrantes misericordem patrē et diuitē redemptorē: ut de die in diem auxilio eius adiuti omnia huius uitę pericula possimus effugere. Adest enim callidus ubiq; tēptator: & nihil uacuū a suis relinquit insidiis. Cui auxiliante misericordia quę nobis inter omnia aduersa pretenditur fideli semp est constantia resistendum: ut q̄uis impugnare non desinat: neminem tamen quem ex/pugnet: inueniat. Prosint omnibus dilectissimi religiose celebrata ieiunia. et continentię utilitas. quam & animis et corporibus probauimus congruentem: nullis corrumpatur excessibus. Quę enim ad sobrietatē & persimoniā ꝑtinent: ideo diligentius in iis sunt celebrata diebus: ut de breui studio in longam consuetudinem mitterentur. et siue in operibus misericordię siue in studio persimonię nullum a fidelibus uacuum tēpus habeatur. quoniā utiq; in accessu dierum & cursu temporum lucra debemus facere operum: non damna meritorum. Piis autē studiis et religiosis animis aderit misericordia dei ut quod fecit concupisci faciat ob/tineri: Qui uiuit & regnat in sęcula sęculorum Amen.

M Agnitudo qdem dilectissimi ineffabilis sacramēti ita hūanę intelligētię altitudinē et totius uincit eloquii facultatē ut excellentissimis īgeniis & fęcundissimis linguis sublimior sit triūphus dominicę passionis. Sed gaudēdum potius q̄ erubescendum est: quod tātę superamur materie dignitate. de qua nemo humilius sentit: q̄ q putauit suffecisse quę dixit. Non ergo superfluo quę predicauimus: predicamus. nec de rebus diuinis loquentiū carnali aurium sunt timēda fastidia: tanq̄ despectui sint futura qa crebro cognoscūtur iterata. cum hoc maxime ad Christianę fidei pertineat soliditatē: ut scd̄m apostolicā doctrinā idipsum predicemus omnes. & simus perfecti in eodem sensu. et in eadē scientia. Infidelitas quippe quę oīum ē mater error: in multas opinioēs q̄s arte dicēdi necesse habeat colorare: distrahit. Veritatis autē testificatio nunq̄ a sua luce discedit. & quod aliis minus aliis āplius micat non uarietas facit luminis: sed infirmitas contemplationis cui scd̄m supernę illuminatiōis auxilium etiā meo sermone famulandū est. ut quoniā dei agricultura dei ędificatio estis: ipe et dispēsanti & accipiēti tribuat sufficientiam: qui largitionum suarum iustam exigere nouit usuram. Decursu igitur dilectissimi textu euangelicę lectionis quam de gloria crucis Christi intento accepistis auditu: oīa nobis diuinorum mysterio eloquia patefacta sentite. et qcquid sub prophetiis testificatiōibus umbra ueteris testamēti uelabat: in sacramēto passiōis dn̄icę manifestū esse gaudete. Ideo eīm sacrificio uarietas & purificationū dn̄tię destiterūt: Ideo mādatum circuncisionis ciborū discretio ocium sabbati et paschalis agni cessauit occisio: quia lex p̄ Moysen data ē. Gratia aūt et ueritas p̄ Iesum Christū facta est. Precesserunt figurę: ut sequeretur effectus. & effectu rerum nunciatarū finita sunt officia nuntiorum. sic reconciliatione humani generis tēporata ut salus quę ī Christo est. nullis sęculis sub eadem

iustificatione defuerit. et ad hoc dilationum profecerit ratio: ut que diu credita sunt: atque fieret: iocuntater honorarentur. nam cum uirtus fidei in iis que uisui non subiacent: constituta sit: indulgentius nobiscum egit doctrina celestis. quos in hec mundi tempora distulit: ad intelligentie facultatem. ut multo pluribus quam priores & uatibus urgeremur: et testibus. Quod ergo nobis de passione domini Iesu Christi sacra et digito dei scripta euangelia protestantur: sine nubilo hesitationis accipite et rerum gestarum ordinem tam habetote manifestum: quam si omnia corporeo & uisu attingeretis et tactu. Vera in Christo deitas & uera credatur humanitas. Ipse est caro qui uerbum. et sicut unius cum patre substantie ita unius cum matre nature. Non geminatus persona non confusus essentia. sed utraque sic utens: ut et uirtus glorificare possit infirmitatem. & infirmitas non ualeret obscurare uirtutem. Comprehendi se a persequutoribus patitur. qui continet mundum. et eorum manibus nectitur: quorum corde non capitur. Iusticia non resistit iniustis. & cedit ueritas testimoniis falsitatis. ut manens in forma dei formam impleret serui. et ueritatem corporee natiuitatis conformaret seuicia corporee passionis. Sed hanc unigenito dei subire & perpeti non conditio necessitatis sed misericordie ratio fuit. ut de peccato damnaret peccatum. et diaboli opus de opere diaboli solueretur. Inimicus enim humani generis mortificate in ipsa origine uniuersitati letale uulnus intulerat. nec poterat declinare ius ferreum deditícii feminis captiua progenies. Vnde cum in tot generationibus mortali sibi lege subiectis unum uideret inter hominum filios cuius uirtutem super omnes totius temporis miraretur excellere: securum se fore credidit de perpetuitate sui iuris. si nulla iusticie sue materia seue potuissent superare uim mortis. famulis itaque suis & stipendiariis incitatis in preiudicium suum seuit. et dum putat aliquid sibi debere quem potuisset occidere: non uidit libertatem singularis innocentie: similitudinem persequendo nature. Non autem errabat in genere. sed fallebatur in crimine. Adam enim primus & Adam secundus

unum carne non opere: et in illo omnes moriuntur. in isto omnes uiuificabunt. Ille p superbię cupiditatem iter fecit ad miseriam. hic per humilitatis fortitudinem uiam parauit ad gloriã. Vnde ipse dicit. Ego sum uia. ueritas. & uita. Via scilicet in forma cõuersationis iustę. Veritas in expec/tatione rei certę. Vita in perceptione felicitatis ęternę. Hoc magnę pietatis sacramentũ dilectissimi sicut Iudaica ĩpietas ita diabolica supbia nesciebat. Si eim cognouissent: nunq̃ dominum glorię crucifixissent. Sed quia hostẽ humani generis cõsiliũ latebat misericordię dei: & opposito carnis uelamine deus in Christo mũdum reconcilians tegebatur: perstitit in eum furere: in quo nihil suum poterat inuenire. Nam et malignitati eius hoc magis potuisset prodesse si parceret ei: per quem omniũ soluenda erat captiuitas. & reparanda libertas. Sed lucẽ tenebrę nõ comprehenderũt. nec mendax cęcitas sapientiam ueritatis potuit inspicere. Tenuit itaq̧ disposita mansuetudo pacientiam. et cohibita famulantium sibi angelicaꝝ uirtute legionũ hausit calicem doloris & mortis. totũq̧ suppliciũ transtulit in triũphum. Victi sunt errores. subactę sunt potestates. accepit nouũ mundus exordiũ ut damnata generatio nõ obesset quibus saluãdis regeneratio subueniret. transierunt uetera. et ecce facta sunt noua. ut uniuersorum in Christo credentiũ & in sancto spiritu renatorum per ipsum et cum ipso una esset passiõis societas. & resurrectiõis ęternitas dicẽte apostolo. Mortui enim estis et uita uestra abscundita est cum Xp̃o in deo. Cũ autẽ Christus apparuerit uita uestra: tũc et uos apparebitis cũ Xp̃o in gloria. In hac igitur spe dilectissimi constituti oẽs diaboli cauete uersutias. qui nõ solum per carnis concupiscentias & per corporeas tantum insidiatur illecebras: sed ĩter ipsa quoq̧ semina fidei sparges zizania falsitatum ueritatis studet uiolare culturam. Vt quod non potuerit corrumpere malis actibus impiis subuertat erro/ribus. Fugite ergo mũdanę argumẽta doctrinę. & uiperea hereticoꝝ uitate colloquia. nihil uobis cõmune sit cũ eis:

q catholicę aduersantes fidei solo sint nomine Christiani. Non enim tēplum spiritus dei nec membra sunt Christi: sed falsis opinionibus implicati tot species habent diaboli: quot simulacra mēdacii a quibus malis per dominū Iesum Christū qui & uia et ueritas & uita est liberati. Omnes uitę istius temptationes et pia cūfidei exultatione toleremus. Si enim compatimur: & cōregnabimus. Quod premiū non eis tantum paratum est: qui ꝑ nomine dñi impiorū seuicia sunt perempti. quoniā uniuersitas deo seruientium deoq; uiuentium sicut in Christo est crucifixa: ita est in Christo coronanda: Illis quidem in omni gloria precellentibus qui terribiles mortes et seua tormēta usq; ad exalationē spiritus tolerando superauerunt. Sed etiam iis subsequentibus qui auaricię cupiditatē supbię elationē desideriaq; luxurię carnis sue mortificatione uicerunt. Vnde merito apostolus ait Quod oēs qui pie uolūt uiuere in Christo: psequutionem patiuntur. Cuius utiq; non est extraneus qui non est pietatis alienus. Paschalem enim festiuitatem sollemniter agit: q nō ifermēto ueteris malicię sed i azimis sinceritatis et ueritatis operatur. Nec in Adam primo sed in Adam secundo uiuit membrum scilicet factum corporis Christi: qui cum esset in forma dei: forma serui dignatus est fieri. ut in uno mediatore dei & hominum homine Iesu Christo et plenitudo maiestatis diuinę & ueritas naturę esset humanę. Quam nisi uerbi diuinitas in sue persone reciperet unitatem nec regeneratio esset in aqua baptismatis: nec redemptio in sanguine passionis. Sed quia in sacramento incarnationis Christi nihil factū nihil accepimus figuratū: non frustra nos et cū moriēte mortuos & cum resurgente credimus suscitatos. manēte ipso in nobis qui operatur oīa in omnibus uiuens cum patre & sancto spiritu regnansq; in secula seculorum Amen.

SAcram dilectissimi dñicę passionis historiā euāgelica ut moris est narratione decursam ita omniū uestrum

arbitror inhesisse pectoribus ut unicuiqꝫ audientium ipsa lectio quedam facta sit uisio. Habet enim hanc potentiam fides uera ut ab iis mente nō desit: quibus corporali p̄ntia adesse nō potuit. et siue in preteritū redeat: siue in futurū se cor credentis extendat: nullas sentiat moras temporis cognitio ueritatis. Adest ergo sensibus nostris imago rer̄ pro nostra salute gestarum. Et quicquid tūc discipulorum perstrinxit animos: nostros quoqꝫ tangit affectus. nō quod aut tristicia deprimamur: aut seuicia furentium Iudeorum terreamur: cum etiam eos quos illius tempestatis magnitu/do concussit ad inuictam constantiam resurrectio domini ascensioqꝫ prouexerit. Sed quia cum ī cogitationem uenit quales tūc hierusalem populi & quales fuerint sacerdotes magno accipiamus cum tremore mentium: tantum facinus impiorum. Quāuis enim ad salutē humani generis ꝑtineret passio saluatoris: et eterne mortis uincula tēporali sint dn̄i dirupta morte. Aliud tamē crucifixi pacientia aliud cruci/figentiū egit insania. nec ad eosdē rer̄ exitus misericordia et ira tendebat: cū ꝑ eiusdem sanguinis effusionē Christus soluerit mūdi captiuitatē: Iudei iterfecerit oīum redēpto/rē. Obdurauit eīm carnalē Israel malignitas sua: & nihil eis legis testificatio nihil mysteriorū imagines nihil ꝓphetarū oracula ꝓfuerunt cū pascha domini tot seculis celebratum in eo Iohānes doceret impletū: de quo publica ꝓtestatione dicebat: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Repugnat iniqtas iusticie. cecitas luci. mendaciū ueritati. Sed de seuicia obluctantiū de scelere crudelium optinuit Iesus eterne dispositionis effectum. & ita humano generi sua morte consuluit: ut sacramentū salutis etiam ipsis per/secutoribus nō negaret. Qui uenerat uniuersis credētibus oīa peccata dimittere: a generali indulgētia nec Iudaicum uoluit crimē excludere. Quor̄ itaqꝫ perfidiā detestamur: eorundem fidem si conuertantur: āplectimur. Et imitantes misericordiā domini qui pro eis a quibus erat crucifixus: orabat. Nos quoqꝫ cum beato apostolo iungimus preces

Et ut ille populus misericordiam consequatur: oramus & optamus: ob cuius offensionem gratiam reconciliationis accepimus. Quoniam sicut ait magister gentium: Cõclusit deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur Quid autem illud fuit quod etiam Iudeis intellectum abstulit: et sapientium mundi corda turbauit? nisi crux filii dei. quę philosophiam euanescere prudentium: & Israeliticam fecit caligare doctrinam. Omnem nanq̃ sensum humanę mentis excessit diuini altitudo consilii. Cõplacuit deo ꝑ stulticiam predicationis saluos facere credentes. ut mirabilior fieret et constantia fidei ex difficultate credendi. Inconsequēs eīm et irrationabile uidebatur: recipere animo quod creatorem oīum naturarum in substantia ueri hominis uirgo intemerata peperisset. quod ęqualis patri filius dei qui implet omnia & continet uniuersa: furentiū manibus cõprehendi iniquorum iuditio condēnari. et post dedecus illusionū cruci se ꝑmisisset affigi. Sed ī iis oībus simul sunt & humilitas hominis et celsitudo deitatis: Nec misericordię ratio maiestatem miserentis obscurat. quia de ieffabili potentia factum est: ut cum homo uerus est in deo inuiolabili et deus uerus est in carne passibili: conferret homini gloria per cõtumeliam. incorruptio ꝑ supplicium. uita per mortē. Nisi eīm uerbum caro fieret: & tam solida consisteret unitas ī utraq̃ natura: ut a suscipiēte suscepta nec ipsum breue tēpus abiūgeret: nunq̃ ualeret ad ęternitatem redire mortalitas. Sed affuit nobis in Christo singulare pręsidium: ut in natura passibili mortis conditio non maneret: quam impassibilis essentia recepisset. et per id quod non poterat mori posset id quod mortuū est: suscitari. Huic sacramēto dilectissimi ut inseparabiliter congruamus magna nobis & animi et corporis intentione nitēdum est. ut cū grauissimi sit periculi festum paschale negligere: periculosius sit ecclesiasticis q̃dem conuentibus iungi: sed in dñicę passionis consortio nō haberi. Nam dicente dño Qui nō accipit crucem suā: & sequitur me: nō est me dignus: et dicente apostolo: Si compatimur:

et conregnabimus: Quis uere Christum passum mortuum & resuscitatum colit: nisi qui cum ipso patitur: moritur: et resurgit? Et hec quidem i omnibus ecclesie filiis ipso iam regenerationis sunt icboata mysterio: ubi peccati interitus uita est renascentis. & triduanam domini mortem imitatur trina dimersio. Vt dimoto quodam aggere sepulture quos ueteres suscepit sinus fontis: eosdē nouos edat undat bap/tismatis. Sed iplendum ē nihilominus opere qd̄ celebratū est sacramēto. & natis de spiritu sancto q̄tuncunq; supest mūdani tēporis: nō sine crucis susceptione ducendum est. Quamuis enim forti et crudeli tyrāno p potentiam crucis Christi uasa atque depredationis erepta sint: & dominatio pricipis mūdi a redemptor sit eiecta corporibus Insidiari tamen etiam iustificatis malignitas perseuerat: et multis modis eos in quibus non regnat: impugnat. ut si q̄s animas neglig ētes imprudētesq; repperit: seuioribus eas laqueis rursum inectat. et a paradiso Ecclesie raptas in consortium sue damnationis inducat. Vnde cum quispiam obseruantie Xpiane limitē se sentit excedere: & in id cupiditates suas tēdere: quod eum a recto itinere faciat declinare: recurrat ad crucem domini. et ligno uite motus noxie uoluntatis affigat: ac uoce prophetica ad dominum clamet. et dicat. Confige clauis timoris tui carnes meas a iudiciis enim tuis timui. Quid aūt ē clauis timoris dei carnes habere cōfixas: nisi corporeos sensus ab illecebra illiciti desiderii sub metu diuini contineri iudicii. ut qui resistit peccato & concupi scencias suas nequid morte dignum operetur: interficit: audeat cum Apostolo dicere: Mihi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et ad id dirigit omnem uiam suam ubi scit humanam saluatam esse naturam. Passio enim domini usq; ad finem producitur mundi. Et sicut in sanctis suis ipse honoratur: ipse diligitur: & in pauperibus ipse pascitur ipse uestitur: Ita in omnibus qui pro iustitia aduersa tollerāt: ipse compatitur: nisi forte estimandum est multiplicata per orbem fide et rarescēte impiorū numero

omnes p̄ſequutiones & oīa quę aduerſus beatos martyres ſęuierunt finita eſſe certamina. tanq̄ ſuſcipiēdę crucis illis tantū neceſſitas incubuerit: quibus ad expugnandam xp̄i dilectionē atrociſſima ſunt illata ſupplicia. Sed aliud ſerui/entium deo pietas experitur: aliud etiā apoſtoli predicatio proteſtatur. q dicit: omnes qui pie uolūt uiuere in Chriſto Ieſu perſequutionē patiunt̄. Qua ſententia nimis trepidus et ſegnis oſtendit̄: qui nulla perſequutione pulſat̄. Pacem eīm cum hoc mūdo niſi amatores mūdi habere nō poſſunt. et nulla unq̄ ĩiquitati cū ęquitate cōmunio. nulla mēdatio cū ueritate concordia. nullus ē tenebris cū luce conſenſus. Quia etiam ſi pietas bonorū cupiat malos corrigi: conuer/ſationeq; multorum p̱ gratiā dei miſerētis obtineat: malorꝝ tamen ſpirituum aduerſus ſanctos inſidię non quieſcunt. et ſiue occulto dolo ſiue aperto prelio in omnibus fidelibus propoſitū bonę uoluntatis infeſtant. Inimicum autē illis eſt omne: quod rectū omne quod caſtum eſt. Et cum eis nihil in quenq̄ amplius liceat q̄ iuſticia diuina permiſerit: quę dignat̄ ſuos aut corrigere diſciplina: aut exercere paciētia: Agunt tamen uerſutiſſima arte fallacię: ut ex arbitrio ꝓprię poteſtatis aut lędere uideātur: aut parcere. & multis quod dolendum eſt ita p̱ nequiciā ſimulationis illudūt: ut q̄dem illos et timeāt pati infenſos: & uelint habere placatos. cum beneficia dęmonum omnibus ſint nocentiora uulneribus. Quia totius ē homini ĩmiciciam diaboli meruiſſe q̄ pacem. Sapiētes itaq; animi qui unum timere unum diligere & in unum ſperare didicerunt: mortificatis cupiditatibus et crucifixis corporis ſenſibus ad nullum hoſtium metum ad nullum inclinātur obſequium. Voluntatem enim dei etiam ſibi pręferunt & tanto amplius ſe amant: quanto amplius pro dei amore ſe non amant. Cumq; audiunt ſibi diuinitus dici poſt concupiſcentias tuas non eas: et a uoluntate tua auertere: diuidunt affectus ſuos. et legē mentis a corporis lege diſcindunt ut ex q̄dam ſe parte ſibi denegēt p̱dentes ſe in iis que carnaliter capiunt et inuenientes ſe in iis: que

spiritaliter concupiscunt: Sanctū igitur pascha dilectissimi in talibus membris corporis Christi legittime celebratur. & nihil illis deest triumphis quos passio saluatoris obtinuit. Quoniā in iis qui apostolico exēplo castigāt corpus suum: & seruituti subiiciūt iidem hostes eadē fortitudine contẽruntur. Et nunc enim a Christo uincitur mundus: & cum a seruis suis quorumcunq; uiciorum incentiua superantur: ipsius uirtus est ipsiusq; uictoria. Hęc dilectissimi que ad participationem crucis pertinent: sufficienter ut arbitror uestris sunt hodie auribus ītimata. ut paschale sacramētum etiam in membris corporis Christi legittime celebretur. superest ut de obtinēdo resurrectionis cōsortio differamus. Quod ne continuato sermone et mihi & uobis fiat onerosum: in diē sabbati ꝓmissa differemus. Aderit: ut credimus: gratia dei ut debitum nostrum ipsius auxilio compleatur: q̄ uiuit et regnat cū patre & spiritu sancto in sęcula Amen.

SErmone proximo dilectissimi non incongrue uobis quantum arbitror: participationem crucis Christi īsinuauimus: ut paschale sacramentū ipsa ī se habeat uita credentium. et qđ festo honoratur: moribus celebret. Quantū aūt hoc utile sit. ipsi ꝓbastis: & ex uestra ꝓbatione didicistis quātum prosint animis atq; corporibus ꝓlixiora ieiunia frequentiores preces & elemosinę largitas. Nemo enim fere est: qui non hac excercitatione profecerit. et in abdito conscīētię suę aliquid quo recte possit gaudere: cōdiderit. Sed hęc lucra ꝑseueranti sunt seruāda custodia. ne in desidiā resoluto labore: qđ donauit dei gratia diaboli furetur inuidia. Cum igitur quadraginta dierū obseruātia hoc uoluerimus operari: ut aliquid sentiremus crucis: in tempore dominicę passionis: adnitendū est nobis ut etiam resurrectionis Christi īueniamur esse cōsortes. & de morte ad uitam dum in isto corpore sumus. transeamus. Vnicuiq; enim homini qui ex alio in aliud aliqua cōuersione mutat:

finis est non esse : quod fuit . et ortus esse : quod non fuit . Sed interest cui quis aut moriatur : aut uiuat . quia ē mors quę causa est uiuendi . & est uita : quę causa est moriendi . Nec alibi q̄ in hoc trāsitorio seculo utrunq; conquiritur . ut ex qualitate temporalium actionum differētię retributionum pendeant ęternarum. Moriēdum ergo est diabolo: et uiuendū deo. Deficiendū iniquitati ut iusticię resurgat. Occumbant uetera. ut oriantur noua. Et quoniam sicut ait ueritas : Nemo potest duobus dominis seruire : Dominus sit nō ille : qui stantes impulit in ruinā. sed ille qui deiectos erexit in gloriam. Dicente ergo apostolo : Primus homo de terra terrenus : Secundus homo de celo cęlestis : Qualis terrenus : tales & terreni . et qualis cęlestis : tales & cęlestes . sicut portauimus imaginē terreni : portemus et imaginem . eius qui est de cęlo. Multum nobis de hac commutatione gaudendum est : quia de ignobilitate terrena ad cęlestem transferimur dignitatē : per illius ineffabilē misericordiam : qui ut nos in sua proueheret : in nostra descendit . Vt non solum substātiam : sed etiam conditionē naturę peccatricis assumeret . et ea sibi pateretur inferri diuina impassibilitas : quę miserrime experitur humana mortalitas. Vnde ne turbatos discipulorum animos longa męstitudine cruciaret : denūtiatam tridui morā mira celeritate breuiauit : ut dum ad integrū secūdum diē pars primi nouissima et pars tertii prima concurrit : & aliquantum temporis spatio decederet : et nihil dierū numero deperiret. Resurrexio igitur saluatoris nec animam in inferno nec carnem diu morata est in sepulchro . et tam uelox incorruptę carnis uiuificatio fuit : ut maior ibi esset soporis similitudo : q̄ mortis . Quoniam deitas quę ab utraq; suscepti hominis substātia nō recessit : quod potestate diuisit : potestate coniunxit . subsequuta sunt itaq; multa documēta : quibus p̄dicandę ꝑ uniuersum mundum fidei autoritas conderetur . Et licet reuolutio lapidis euacuatio monumēti depositio linteorum & totius facti āgeli narratores copiose dn̄icę ueritatē resurrectionis

astruerent: et mulieꝝ tamen uisui et apostoloꝝ frequenter oculis manifestus apparuit non solum loquens cum eis: sed babitans atq̃ conuescens et ꝑ tractari se diligenti curiosoq̃ contactu ab eis quos dubitatio perstringebat admittens. Ideo enim & clausis ad discipulos hostiis introibat: et fletu suo dabat spiritum sanctum: & dato intelligentię lumine sanctarum scripturarum occulta pandebat: et rursus idem uulnus lateris fixuras clauoꝝ & omnia recentissime passionis signa monstrabat: ut agnosceretur in eo proprietas diuinę hũaneq̃ naturę idiuidua ꝑmanere. et ita sciremus uerbum non hoc esse quod carnem: ut unum dei filium et uerbum cõfiteremur: & carnẽ. Nõ dissonat dilectissimi ab hac fide magister gentium Apostolus Paulus cum dicit: Et si cog/nouimus scdm carnẽ Christũ sed nunc iam non nouimus. Resurrectio enim domini nõ finis carnis sed commutatio fuit. nec uirtutis augmẽto cõsumpta substãtia est. Qualitas transiit: nõ natura defecit. & factum est corpus impassibile: quod potuit crucifigi. factum est immortale quod potuit occidi. Factum est incorruptibile: quod potuit uulnerari. et merito dicitur: caro Christi in eo statu quo fuerit nota nesciri: quia nihil ĩ ea passibile: nihil remãsit ĩ ea infirmum: ut et ipsa sit per essentiam. & nõ sit ipsa per gloriam. Quid autem mirum si hoc de corpore Christi profitetur: qui de oĩbus xp̃ianis spiritalibus dicit: Itaq̃ nos ex hoc neminem nouimus scdm carnem. Ex hoc ĩquit initium nobis factum est resurrectionis in Christo: ex quo ĩ eo qui pro omnibus mortuus ẽ: totius spei nostrę forma ꝓcessit. Nõ hęsitamus diffidentia. nec in certa expectatione suspendimur. Sed accepto promissionis exordio: fidei oculis quę sunt futura: iã cernimus. Et naturę ꝓuectione gaudentes qđ credimus: iam tenemus. Nõ ergo nos rerum temporalium occupent species: nec ad se contemplationem nostram a cęlestibus: terrena deflectant. Pro transactis habeantur: quę ex maxima parte iam nõ sunt et mens intenta mansuris: ibi desiderium suũ figat: ubi qđ offertur ęternũ est. Quãuis enim spe salui

facti sumus · et corruptibilem adhuc carnem mortalemq; gestemus:recte tamē dicimur in carne non esse:si carnales nobis nō dominentē affectus. Et merito eius rei deponimus nūcupationem: cuius nō sequimur uoluntatem. Cum itaq; Apostolus dicat carnis curam ne feceritis in desideriis:non ea nobis interdicta intelligamus: quę saluti congruunt. & que būana poscit īfirmitas. Sed quia nō omnibus desideriis seruiendum:nec quicquid caro cōcupiscit:implendum est: de adhibendo temporātie modo ad monitos nos esse cog/noscimus:ut carni quę sub animi est constituta iudicio nec superflua concedamus: nec necessaria denegemus. Vnde idem apostolus alibi ait:Nemo enim unq̄ carnē suam odio habuit. Sed nutrit et fouet eā. Cum itaq; non ad uitia non ad luxuriā sed ad debitū sit alenda et fouenda famulatum: ut teneat ordinem suum renouata natura: nec peruerse ac turpiter superioribus inferiora preualeant:aut inferioribus superiora succumbant. & uiciis animum superantibus: ibi fiat seruitus ubi debet esse dominatus. Agnoscat igitur populus dei nouā se esse in xp̄o creaturā. & a quo susceptus sit:quam ue susceperit: diliḡeter intelligat. Quę noua facta sunt:non redeant ad instabilem uetustatem. et non omittat opus suum:qui manum misit ad aratrum. sed ad id attēdat: quod ferit. non ad id respiciat: quod reliquit. Nemo in id recidat:unde surrexit. Sed etiā si pro infirmitate corporea in aliquibus adhuc langoribus iacet: sanari instanter desi/deret. ac leuari. Hęc est eīm salutis uia & ceptę in Christo resurrectionis imitatio ut quia in lubrico istius uitę diuersi casus lapsusq; non desunt: uestigia gradientium a fluidis ad solida transferantur. Quoniam sicut scriptum est: a domino dirigunē gressus hominis. et uiā eius uolet. Cum ceciderit iustus:non collidetur:quia dominus supponet manū suam. Hec meditatio dilectissimi nō ꝓ sola sollemnitate pascbali sed ꝓ totius uitę sanctificatione retinenda est. & ad hoc p̄ns excercitatio debet itendi:ut quę animū fideliū experimēto breuis obseruātię delectarunt: in cōsuetudinem transeant

intemerata pmaneant.ac si aliquid delicti irrepserit: celeri penitudine deleatur. Et qa antiquorum morborū difficilis et tarda curatio est: tanto uelotius adhibeant remedia: quāto recentiora sunt uulnera. ut semp ab omībus offensionibus in integrum resurgētes ad illam incorruptibilē glorificandę carnis resurrectionem peruenire mereamur in Christo Iesu dño nostro. Qui uiuit & regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum Amen.

Notum quidē dilectissimi paschale sacramētum euangelica nobis narratio presentauit. et ita p aurem carnis penetratus est mentis auditus: ut nemini nostrum rerum gestarum imago defuerit: cū diuinitus īspiratę textus historię euidenter ostēderit: qua dominus Iesus Christus impietate traditus quo iudicio adductus q̄ seuitia crucifixus & qua sit gloria suscitatus. Sed adiiciendum est etiā nostri sermonis offitium ut sicut pia expectatione deposcere uos cōsuetudinis debitum sentio: ita sollemnitati sacratissimę lectionis subiūgatur exhortatio sacerdotis. Quia igitur apud fideles aures ignorantie locus nō est: semē uerbi quod est in predicatione euangelii debet in terra nostri cordis augeri: ut remotis suffocationibus spinarum ac tribulorum libera in fructus suos exeant plantaria piorum sensuū & rectarum germina uoluntatum. Crux enim Christi quę saluandis est impensa mortalibus et sacramētum est & exēplum. Sacramentum quo uirtus implet diuina. Exemplum quo deuotō incitatur hūana: qm̄ captiuitatis iugo erutis etiā hoc pstat redemptio: ut eam sequi possit imitatio. Nam si mundana sapientia ita in suis gloriatur erroribus: ut quem sibi quisq̧ ducem elegerit: eius opiniones & mores atq̧ omnia īstituta sectetur que nobis erit cōmunio nominis Christi: nisi ut ei inseparabiliter uniamur: qui ē ut ipse insinuauit uia. ueritas. et uita? Via scilicet conuersationis sanctę. ueritas doctrinę diuinę. et uita beatitudinis sempiternę. Collapsi eīm in parentibus primis humani generis plenitudine ita misericors

deus creaturę ad imaginem ſuam factę p̱ unigenitum ſuum Ieſum Chriſtum uoluit ſubuenire ut nec extra naturam eſſet reparatio naturę: et ultra proprię originis dignitatem proficeret ſecūda cōditio. felix ſi ab eo non decideret quod deus fecit. felicior ſi in eo maneret q̄d refecit. Multū fuit a Chriſto recepiſſe formam . ſed plus eſt: in Chriſto habere ſubſtantiam. Suſcepit enim nos in ſuam proprietatem illa natura quę nec noſtris ſua nec ſuis noſtra conſumeret. quę ita unā in ſe fecit deitatis humanitatiſq̧ perſonam: ut ſub diſpenſatione īfirmitatū atq̧ uirtutū nec caro p̱ diuinitatē inuiolabilis nec diuinitas per carnem poſſet eſſe paſſibilis. Suſcepit nos illa natura quę et propaginem noſtri generis a communi tramite non abrumperet: & contagium peccati in omnes homines tranſeuntis excluderet. Infirmitas ſane atq̧ mortalitas quę non peccatum erant: ſed pena peccati: a redēptore mundi recepta ſunt ad ſupplicium: ut impen/derentur ad p̄cium. Quod ergo in oībus hōibus tranſfuſio fuit dānationis: hoc ī xp̄o ſacramētū eſt pietatis. p̄buit eīm ſe crudeliſſimo exactori libera debito. et miſtras diaboli iudaicas manus ī cruciatū: immaculatę carnis admiſit. Quā ideo uſq̧ ad celerrimā reſurrectionē uoluit eſſe mortalem: ut credentibus in eū nec p̱ſequutio īſuperabilis. nec mors poſſet eſſe terribilis. cū ita dubitandū nō eſſet de cōſortio glorię: ſicut dubitandū nō erat de cōione naturę. Si īcon/tanter itaq̧ dilectiſſimi corde credimus: q̄d ore cōfitemur: nos in xp̄o crucifixi nos ſmus mortui nos ſepulti: nos etiā die tertia ſuſcitati. Vnde apoſtolus dicit: Si cōſurrexiſtis cum xp̄o: quę ſurſum ſunt querite ubi Chriſtus eſt in dex/tera dei ſedēs: quę ſurſum ſunt ſapite: non quę ſup̱ terram. Mortui eīm eſtis. & uita ueſtra abſcōdita ē cū xp̄o in deo. Cum eīm xp̄us apparuerit uita ueſtra: tūc et uos appare/bitis cū xp̄o in gloria. Vt aūt nouerint corda filioꝝ habere ſe unde ad ſupernā ſapientiam ſpretis mūdi cupiditatibus ualeāt eleuari: ſpondet nobis dominus p̄ntiam ſuam dicēs. Ecce ego uobiſcū ſum oībus diebus uſq̧ ad cōſummationē

ſeculi. Non enim fruſtra per Eſaiā dixerat ſpiritus ſanctus: ecce uirgo in utero concipiet. & pariet filium. et uocabitur nomen eius Emmanuel: qđ eſt interpretatum nobiſcū deus. Implet ergo Ieſus proprietatem nominis ſui: & qui aſcēdit in cęlos nō deſerit adoptatos. qui ſedet ad dexterā patris: idē totius habitator eſt corporis. & ipē deorſum confortat ad pacientiā: qui ſurſum inuitat ad gloriam. Nec iter uana igitur nobis decipiēdū eſt. nec inter aduerſa trepitandum ibi quidem blandiuntur deceptiones. & hic graueſcunt la/bores. Sed quia miſericordia domini plena eſt terra: adeſt nobis utiq; uictoria: ut impleatur quod ait. Nolite timere quia ego uici mūdum. Siue ergo contra ambitionem ſeculi ſiue contra concupiſcentias carnis ſiue cōtra hereticorum iacula dimicemus: dominica cruce ſemper armemur. Nec enim unquā a paſchali feſto recedimus: ſi a fermēto maliciae ueteris abſtinemus. Inter omnes naq; uitę huius uarietates quę diuerſarum plenę ſunt paſſionum: apoſtolicę exhor/tationis meminiſſe debemus: qua nos inſtruit dicens: Hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu qui cum in forma dei eſſet. nō rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo. ſed ſemetipm exinaniuit formā ſerui accipiens i ſimilitudinem hominū factus eſt. et habitu inuentus ut homo. humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mortē mortem autem crucis. propter quod & dominus exaltauit illū: et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium terreſtrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Si magnę īquit pietatis ſacramētum intelligitis: & quod pro ſalute humani generis unigenitus dei filius geſſit: aduertitis: Hoc ſentite in uobis: quod et in Chriſto Ieſu cuius humilitas nulli aſpernanda diuitum. nulli eſt erubeſcenda nobiliū. Nec enim in tantum prouehi poteſt quelibet felicitas humana faſtigium: ut ęſtimet ſibi pudendum: quod manens deus in forma dei deus non eſt arbitratus indignum. Imitamini quod operatus eſt. diligite

quod dilexit et inuenietis in uobis dei gratiam. Vestram in illo reclamate naturam. quoniam sicut ille paupertate diui/tias nõ amisit: gloriam humilitate non minuit: ęternitatem morte nõ ꝑdidit; Ita & uos eisdẽ gradibus eisdem uęstigiis ut cęlestia apprębẽdatis terrena despicite. Susceptio enim crucis est interfectio cupiditatũ. occisio uitioꝝ. declinatio uanitatis. et abdicatio omnis erroris. Nã cũ pasca domini non impudicus non luxuriosus non superbus celebret. non auarus: nulli tamen ab hac festiuitate longius q̃ hęretici separantur. maximeqꝫ illi: qui de uerbi incarnatione male sentiunt. aut minuendo quod est deitatis: aut euacuando quod est carnis. Verus eĩm deus est filius dei: totũ habens ex patre: quod est. nullo exordio tẽporalis nulla uarietate mutabilis. nec ab uno diuisus. nec ab omnipotẽte diuersus. sempiterni genitoris unigẽitus sempiternus. ut mẽs fidelis credens in patrẽ & filium & spiritũ sanctum ĩ eãdem unius deitatis essentiã nec unitatẽ gradibus diuidat nec trinitatẽ singularitate cõfundat. Non autẽ sufficit dei filium in sola patris nosse natura: nisi eum non recedentem a propriis cognoscamus ĩ nostris. Exinanitio eĩm illa quã reparationi impẽdit huãnę dispensatio fuit miserationis. non priuatio potestatis. Nam cum ex ęterno cõcilio dei non esset aliud nomẽ sub cęlo datũ hominibus: ĩ quo oporteat saluos fieri inuisibilis uisibilem: intemporalis temporalem: impassibilis passibilem substantiam suã fecit. non ut uirtus deficeret in infirmitate: sed ut ĩfirmitas ĩ incorruptibilẽ posset transire uirtutem. Propter quod ipsa festiuitas quę a nobis pascha nominatᷣ apud hebręos phase idest trãsitus dicitᷣ. attestãte euangelista atqꝫ dicẽte. Ante diem festũ pasche sciẽs Iesus quia uenit hora eius: ut transiret ex hoc mũdo ad patrem. Cuius autem naturę futurus erat transitus iste: nisi nostrę: cum inseparabiliter et pater in filio & filius esset in patre? Sed quia uerbum et caro una perona est: non diuiditur a suscipiente susceptum. & honor prouehendi prouehentis noĩatur augmentũ dicẽte apostolo qđ iã cõmemorauimus.

Propter quod & deus exaltauit illū: et dedit illi nomen qđ est super omē nomen. In quo utiq; assumpti hoīs exaltatio commendat. ut in cuius passiōibus manet deitas īdiuisibilis: Idem coeternus sit in gloria deitatis. Ad hāc pticipationem ineffabilis numeris. beatum trāsitum fidelibus suis ipse dominus preparabat: cum instāti iam proximus passioni. non solum pro apostolis suis. atq; discipulis. sed etiam p uniuersa ecclesia supplicaret: & diceret. Non pro his autem rogo tantum: sed p iis etiā qui credituri sunt per uerbū ipsorum in me ut omnes unum sint: sicut & tu pater in me: et ego in te: ut et ipsi in nobis unū sint. cuius unitatis nullum potuerūt habere cōsortium: qui in dei filio deo uero hūanam negant manere naturā. Impugnatores salutiferi sacramenti. et paschalis festi exsules. Quod qa ab euāgelio dissentiunt: et symbolo contradicunt: nobiscum celebrare non possunt. qa & si audent sibi Christianū nomē assumere: ab omī tamen natura. cui xpristus caput ē: repellunt: uobis ī hac sollēnitate merito exultātibus. pieq; gaudētibus: q nullū recipientes in ueritate mēdaciū. nec de natiuitate xpi secūdū carnem. nec de passione ac morte. nec de corporali resurrectōe eius ambigitis: qm̄ sine nulla sepatōe deitatis uerū Christum ab utero uirginis: uerum in ligno crucis: uerum in sepulchro carnis: uerū in gloria resurrectionis: uerū in dextera paternę maiestatis agnoscitis. Vnde etiam sicut apostolus ait: Expectamus saluatorem dominū nostrū Iesum Christū qui reformabit corpus nostrę humilitatis cōforme fieri copori glorię suę. Qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

POst beatam et gloriosam resurrectionem domini nostri Iesu xpi: qua uerū dei tēplū iudaica impietate resolutum. diuina in triduo potentia suscitauit: quadragenarius hodie dilectissimi. sanctorū dierum expletus est numerus. sacratissima ordinatione dispositus: & ad utilitatem nostrę eruditionis impensus. ut dum a domino in hoc spatio mora

pręsentię corpalis extendit̄: fides resurrectiōis documentis necessariis muniret̄. Mors eīm xp̄i multorū discipulorum corda turbauerat. & de supplicio crucis de emissiōe spiritus de exanimati corpis sepultura grauatis męstitudine mentibus quidē diffidētię torpor obrepserat. Nam cū sanctę mulieres sicut euāgelica pādit historia reuolutum á monumento lapidem & sepulchrū corpore uacuum et uiuentis domini testes angelos nūtiarēt: uerba earū apostolis aliisq̧ discipulis delirametis similia uidebant̄. Quā utiq̧ hęsitatōm humana īfirmitate nutātē nequaq̄ permisisset spūs ueritatis prędicatorum suoꝝ īesse pectoribus: nisi illa trepida sollicitudo. & curiosa contatio nostrę fidei fundamenta iecissent. Nostris igit̄ pturbatōibus nostris piculis in apostolis consulebatur. Nos in illis uiris contra calumnias impiorum. et contra terrenę argumenta sapientię docebamur. Nos illorum instruxit aspectus. nos erudiuit auditus. nos confirmauit attactus. gratias agamus diuinę dispensationi et sanctorum patrum necessarię tarditati. dubitatū est ab illis: ne dubitaret̄ á nobis. Non ergo ii dies dilectissimi q inter resurrectionem dn̄i ascensionemq̧ fluxerunt: ocioso trāsire decursu. sed magna in eis cōfirmata sacramēta magna sunt reuelata mysteria. In iis metus dirę mortis aufert̄. & non solum animę sed etiam carnis immortalitas declaratur. In iis per insufflationē domini infunditur apostolis ōmibus spiritus sanctus. Et beato apostolo Petro supra ceteros post regni claues ouilis dn̄ici cura mandatur. In iis diebus duobus discipulis. tertius in uia dominus iungitur comes. et ad omnem nostrę ambiguitatis caliginem detergēdam pauentium ac trepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda cōcipiunt. & quę erant trepida: referante scripturas dn̄o efficiunt̄ ardētia. In fractione quoq̧ panis conuescētiū apperiunt̄ obtutus. multo felicius eoꝝ oculis patefactis quibus naturę suę māifestata ē glorificatio: q̄ illoꝝ generis nostri principū quibus p̄uaricatiōis suę est ingesta confusio. Inter hęc aūt aliaq̧ miracula cū discipuli trepidis

cogitationibus ęstuarent: et apparuisset in medio eoꝝ dn̄s: dixissetq; pax uobis: ne hoc remaneret ī eoꝝ opinionibus: qd̄ uoluebatur in cordibus: putabant eīm se spiritū uidere non carnem: redarguit cogitationes a ueritate discordes. ingerit dubitantiū oculis manētia in manibus suis & pedibus crucis signa. et ut diligētius pertractēt īuitat. Quia ad sananda infidelium cordiū uulnera: clauoꝝ et lanceę erant seruata uestigia. ut nō dubia fide sed cōstantissima scientia tenerent eam naturam in dei patris confessurā throno: quę iacuerat ī sepulchro. Per omne ergo hoc tēpus dilectissimi quod inter resurrectionē & ascensionem domini exactum est: hoc prouidētia dei curauit: hoc docuit: hoc suorum et oculis insinuauit & cordibus: ut dn̄s Iesus uere agnosceretē resuscitatus: q uere erat natus: et passus: & mortuus. Vnde beatissimi Apostoli omnesq; discipuliq et de exitu crucis fuerāt trepidi: & de fide resurrectionis ambigui: ita sunt in ueritate perspicua roborati: ut dn̄o ī celoꝝ eūte sublimia: non solum nulla afficerentē tristicia: sed etiā magno gaudio replerentē. Et reuera magna erat et ineffabilis cā gaudendi: cū in conspectu sanctę multitudinis sup omniū creaturaꝝ celestium dignitatem humani generis natura conscēderet supergressura āgelicos ordines. & ultra archāgeloꝝ altitudines eleuāda. nec ullis sublimitatibus modū suę ꝓuectiōis habitura: nisi ęterni patris recepta consessu: illius glorię sociaretur ī throno cuius naturę copulabatur in filio. Quia igitur Christi ascēsio nostra est prouectio: & quo processit gloria capitis eo spes uocatē et corporis: Dignis dilectissimi exultemus gaudiis: & pia gratiarū actione lętemur. Hodie enim non solū paradisi possessores firmati sumus: sed etiam cęlorum ī Christo superna penetrauimus: ampliora adepti per īeffabilem Christi gratiam: quā per diaboli amiseramus inuidiam. Nam quos uirulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit: eos sibi īcorporatos dei filius ad dexterā patris collocauit: cū quo uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia sęcula sęculorum Amen.

SAcramentum dilectissimi salutis nostrę quam precio sanguinis sui uniuersitatis conditor ęstimauit a die corporalis ortus usq; ad exitū passionis per dispēsationem humilitatis impletum est. Et licet multa etiā in forma serui diuinitatis signa radiarunt: ꝓprie tamen illius tēporis actio ad demonstrandam suscepti hominis pertinuit ueritatem. Post passionem uero ruptis mortis uinculis quę uim suam in eum qui peccati erat nescius: intendendo perdiderat: infirmitas in uirtutē mortalitas ī immortalitatē cōtumelia transiuit in gloriam: quā dominus Iesus Christus in multis manifestisq; documentis multorum declarauit aspectibus donec triumphum uictorię quem reportarat a mortuis: inferret & cęlis. Sicut ergo in sollemnitate paschali resur/rectio domini fuit nobis causa lętandi: ita ascensio eius ad cęlos presentiū nobis est materia gaudiorum. recolentibus illam diem & rite uenerātibus qua naturę nostrę humilitas in Christo super omnē cęli militiam supra omnes ordines angelorum et ultra omnium altitudinē potestatum ad dei patris ē ꝓuecta consessum. Quo ordine operū diuinoꝝ nos fundati sumus: ut mirabilior fieret gratia dei: cum remotis a conspectu hominū quę merito reuerētiam sui sentiebant̄ indicere: fides nō diffideret: spes nō fluctuaret: caritas non tepesceret. Magnarum enim hic uigor est mentiū: et ualde fidelium hoc lumē est animorum: incontanter credere quę corporeo non uidentur intuitu: & ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum. Hęc autem pietas unde in nostris cordibus nasceretur: aut quomodo quisquam iustificaret̄ per fidem: si in iis tantū salus nostra cōsisteret: quę obtutibus subiacerent? Vnde & illi uiro qui de resur/rectione Christi uidebatur ambigere: nisi in ipsius carne uestigia passionis et uisu explorasset & tactu: qa uidisti me inquit credidisti. beati qui non uiderunt: et crediderūt. Vt igit̄ huius beatitudinis dilectissimi capaces esse possemus:

expletis omnibus que euangelice predicationi & noui testamenti mysteriis congruebant: dn̄s noster Iesus Christus quadragesimo post resurrectionem die coram discipulis eleuatus in celum corporali presentie sue modum fecit: mansurus in patris dextera donec tempora multiplicandis ecclesie filiis prestituta peragantur. et ad iudicandos uiuos & mortuos ī eadem carne in qua ascendit: adueniat. Quod itaq; redemptoris nostri conspicuum fuit: in sacramenta transiuit. et ut fides excellentior esset ac firmior: uisioni doctrina successit. cuius autoritatē supernis illūinata radiis credentium corda sequerētur. Hanc fidem ascensione dn̄i auctam. & spiritus sancti munere roboratam non uincula non carceres non exilia non fames non ignis non laniatus ferarum nec exquisita persequētium crudelitatibus supplicia terruerūt. Pro hac fide p uniuersum mundum non solum uiri sed etiā femine nec tm̄ impubes pueri sed etiā tenere uirgines usq; ad effusionem sui sanguinis decertarūt. Hec fides demōia eiecit. egritudīes depulit. mortuos suscitauit. Vnde & ipsi beati apostoli qui tot miraculis cōfirmati tot sermōibus eruditi et atrocitate dn̄ice passionis expauerāt: et ueritatem resurrectionis eius nō sine hesitatione susceperāt: tantum de ascensione domini pfecerunt: ut quicqd illis prius intulerat metum: uerteretur in gaudium. Totam enim contemplationē animi ī diuinitatē ad patris dexterā consedentis erexerāt: nec iam corporee uisionis tardabant̄ obiectu quo minus in id aciem mentis intenderent: qd̄ nec a patre descendendo abfuerat: nec a discipulis ascendendo discesserat. Tunc igitur dilectissimi filius hominis dei filius excellentius sacratiusq; inotuit: cum in paterne maiestatis gloriam se recepit. & ineffabili modo cepit esse diuinitate presentior: qui factus est humanitate longinquior. Tunc ad equalem patri filium eruditior fides gressu cepit mentis accedere: et contrectatione in Christo corporee substantie que patre minor est: nō egere. quoniam glorificati corporis manente natura eo fides credentium uocabatur: ubi non

carnali manu sed spiritali itellectu par genitori unigenitus tangeretur. Hinc illud est: quod post resurrectionem domi/nus Marie Magdalene personam Ecclesie gerenti cum ad contactum ipsius properaret: dicit: noli me tãgere: non/dum enim ascendi ad patrem meum. hoc est nolo quod ad me corporaliter uenias: nec ut me sensu carnis ag/noscas. ad sublimiora te differo. maiora tibi preparo. cum ad patrem ascẽdero: tunc me perfectius ueriusq; palpabis. apprehensura quod non tangis: et creditura quod non cernis. cum autem ascendentem ad celos dominum sequa/ces apostolorum oculi intenta admiratione suspicerent: astiterũt coram ipsis angeli duo mirabili uestium candore fulgentes qui & dixerunt: uiri Galilei qd statis aspicientes in celum: hic Iesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in celum. Quibus uerbis omnes ecclesie filii docebantur: ut Iesus Christus in eadem qua ascenderat carne uenturus uisibilis crederetur. nec posset ambigi omnia illi esse subiecta: cui ab ipso corporee natiuitatis exordio famulatus seruisset Angelicus. Sicut enim concipiendum Christum de spiritu sancto beate uirgini angelus nuntiauit: sic & editum de uirgine uox celestium pastoribus cecinit. sicut resurrex/isse a mortuis supernorum nuntiorum prima testimonia docuerũt: sic ad iudicandũ mundum in ipsa carne uenturũ angelorũ officia predicarũt. ut intelligeremus quante po/testates sint affuture iudicaturo: cui tãte ministrarũt etiam iudicãdo. Exultemus ergo dilectissimi gaudio spiritali & digna apud dominũ gratiarũ actione letãtes liberos cordis oculos ad illã altitudinẽ in qua xp̃s est: erigamus. Sursum uocatos animos desideria terrena nõ deprimant. ad eterna pelectos peritura nõ occupent. uiam ueritatis igressos fal/laces illecebre non retardẽt. & ita a fidelibus hec tẽporalia decurrãtur: ut peregrinari se in hac mũdi ualle cognoscãt: in qua etiã si cõmoda blãdiantur non ãplectenda nequiter: sed transeũda sunt fortiter. Ad hãc enim nos deuotionem

beatissimus Petrus Apostolus incitat : et secundam illam dilectionem .quā pascēdis Christi ouibus trina dnīciamo/ris professione concepit obsecrans dicit. Carissimi obsecro uos. tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam. Cui autem nisi diabolo carnales militāt uoluptates:qui animas ad superna tendentes corruptibilium bonoꝝ delectationibus obligare et ab illis sedibus de quibus ille excidit:gaudet abducere. Contra huius insidias sapiēter debet fidelis quisq͂ uigilare: ut et inimicum suū de eo q̄d tēptatur possit elidere. Nihil autem ualidius est dilectissimi contra diaboli dolos: q̄ be/nignitas misericordię & largitas caritatis:p̄ quam omē pec/catum aut declinatur : aut uincitur. Sed huius sublimitas uirtutis non prius apprēhendit: q̄ illud q̄d ei contrariū est subruatur. Quid aūt tam īimicum misericordię & operibus caritatis: q̄ auaricia:de cuius radice omniū maloꝝ germen emersit. Que nisi in suis fomitibus euitetur: necesse est ut in agro cordis illius in quo huius mali plāta cōualuit : spinę potius tribuliq͂ uitioꝝ. q̄ ullum uerę uirtutis semē oriatur. Resistamus ergo dilectissimi tam pestifero malo. & carita/tem sine qua nulla uirtus potest enitere: sectemur. & p̄ hāc quā ad nos Christus descendit : dilectionis uiam etiam nos ad ipsum possimus ascēdere : cui est cū deo patre & sancto spiritu honor & gloria in secula seculorum Amen.

HOdiernam sollemnitatem dilectissimi in precipuis festis esse uenerandam:omnium catholicorum corda cognoscūt. Nec du/bium est:q̄ta huic dei reuerētia debeatur: quem spiritus sanctus excellentissimo sui muneris miraculo cōsecrauit. Nam ab illo die quo dominus super omnem celorum altitudinem ad dexteram dei confessurus ascendit:decimus iste est:qui ab eiusdē resurrectōne q̄nquagesimus nobis in eo a quo cepit

illuxit. magna mysteria in se continens & ueterꝝ sacramentorum et nouorꝝ: qbus manifestissime declarat̃. et gratiam prenuntiatam esse per legem: et legem impletam fuisse per gratiam. Sicut enim hebreo quondam populo ab egyptiis liberato qnquagesimo die post immolationẽ agni lex data est in monte syna: ita post passionem. qua uerus dei agnus occisus est: quinquagesimo a resurrectionis eius die. in Apostolos plebemq; credẽtium spiritus scũs elapsus est. ut facile diligens Christianus agnoscat initia ueteris testamẽti euãgelicis ministrasse pricipiis et ab eodẽ spũ cõditũ fedus a quo primum fuerat ĩstitutum. Nam sicut testat̃ historia Cum cõplerent̃ dies pentecostes: essent oms̃ discipuli piter in eodẽ loco: factus est repẽte de celo sonus tanq̃ aduenientis spũs uehemẽtis: & repleuit totam domum. ubi erant sedẽtes. et apparuerũt illis disptite lingue tanq̃ ignis sedẽs supra singulos eorũ: & repleti sunt oẽs spũ scõ. et ceperunt loqui uariis linguis put spiritus sanctus dabat eloqui illis. O q̃ uelox est sermo sapientie: ubi deus magister est. q̃ cito discitur: quod docetur. Non est adhibita interpretatio ad audiendũ. non consuetudo ad usum. non tẽpus ad studium sed spirante ubi uoluit spiritu ueritatis: proprie singularum gentiũ uoces facte sunt in ecclesie ore cões. Ab hoc igitur die charismatum. hymbres. flumina benedictõnum. omne desertum. & uniuersam aridã rigauerũt: qm̃ ad renouãdam faciem terre spiritus dei ferebat̃ super aquas. & ad ueteres tenebras abigendas noue lucis fulgura coruscabant: cum micantium splẽdore liguarum. & uerbum domini lucidum et eloquium cõciperetur ignitum. cui ad creandum intellectum consumendumq;. peccatũ & efficacia illuminandi et uis inesset urendi. Quanuis aũt dilectissimi ualde fuerit ipsa rei geste forma mirabilis nec dubiũ sit: in illo omnium humanarũ uocum exultãte concentu maiestatem spirtus sancti fuisse presentem: Nemo tamen existimet in iis que corporeis uisa sunt oculis diuinã eius apparuisse substãtiam. Natura inuisibilis & patri filioq; cõis qualitatẽm muneris

atq; operis sui qua uoluit significatione monstrauit. proprietatē uero essentię suę in sua deitate cōtinuit: quia sicut nec patrem nec filium ita nec spiritum sanctum humanus potest uisus attingere. In trinitate eīm diuina nihil dissimile nihil impar est. & oīa quę de illa possunt substātia cogitari: nec uirtute nec gloria nec ęternitate discreta sunt. Cumq; in personarum proprietatibus alius sit pater alius sit filius: alius spūs sanctus: non tamē alia deitas nec diuersa natura est. Siqdem cū et de pre sit filius unigenitus: & spūs pris filiiq; sit spiritus: non sicut quecūq; creatura: quę et patris et filii est: sed sicut cum utroq; uiuens & potens et sempiternus & ex eo quod est pater filiusq; subsistēs. Vnde cum dominus ante passionis suę diem discipulis suis sancti spūs spōderet aduentū: Adhuc inqt multa habeo uobis dicere: sed non potestis modo illa portare. cum autem uenerit ille spiritus ueritatis diriget uos in omnē ueritatem. Non eīm loquetur a semetipso: sed quęcunq; audiet: loquetur. & futura annūtiabit uobis. Omnia quę habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet: et annūtiabit uobis. Non ergo alia sunt patris: alia filii: alia spiritus sancti: Sed omnia quęcunq; habet pater: habet et filius: habet & spūs sanctus. Nec unq̃ in illa trinitate non fuit ista communio. Quia hoc est ibi omnia habere: quod semp existere. nulla ibi tempora: nulli gradus: nullę differentię cogitentur: ut si nemo de eo potest explicare quod est: nemo audeat cōfirmare qđ non est. Excusabilius enim est de natura ineffabili non loqui digna: q̃ definire contraria. Quicquid itaq; de sempiterna & ineffabili gloria patris pia possunt corda cōcipere: hoc simul et de filio & de spiritu sancto inseparabiliter atq; indifferenter intelligāt. Ideo enim hanc beatam trinitatem unum confitemur deum. quia ī his tribus psonis nec substantię nec potentię nec uoluntatis nec operationis est ulla diuersitas. Sicut ergo detestamur Arianos qui īter patrem & filium aliquam uolunt esse distantiam: Ita etiam Macedonianos pariter detestamur: qui licet patri et filio

tribuant equalitatem: spiritum tamen sanctum inferioris putāt esse naturę. Non considerātes in eam blasphemiā se incidere: quę neq; in pñti sęculo neq; ī futuro sit remittēda iudicio dicēte dño. Quicunq; dixerit uerbū contra filium hōis remittet̄ ei. q aūt dixerit cōtra spm̄ sanctū: nō dimitte̅t ei: neq; ī hoc sęculo neq; ī futuro. Permanēs itaq; ī hac ipietate sine uenia ē qa exclusit eū a se: p quē poterat cōfiteri. Nec unq̄ puenit ad idulgētię remediū: q patrocinatur sibi nō habet aduocatū. Ab ipso eīm ē aduocatio pr̄is ab ipso sunt lachrymę: ab ipso sunt gemitus supplicātiū. Et nemo pōt dicere dn̄m Iesum nisi in spū sancto cuius eq̄lem cū pr̄e & filio oīpotētiam unāq; deitatē euidentissime pdicat apostolus dicēs: diuisiones aūt grāx sunt: idē aūt spūs. Et diuisiones ministrationū sunt: idē aūt dn̄s. Et diuisiones operationū sunt: idē uero deus: q operat̄ oīa in oībus. His dilectissimi aliisq; documētis qbus īnumerabiliter diuinorū eloquiorū coruscat autoritas: ad uenerationem pētecostes unanimiter incitemur. exultātes in honorē sancti spūs: per quē oīs Ecclesia catholica sanctificat̄. omnis aīa rationalis imbuit̄. Qui inspirator fidei doctor scīetię fons dilectionis signaculū castitatis totius ē causa uirtutis. Gaudeat fideliū mentes quod ī toto mūdo unus deus pater & filius et spūs sanctus oīm linguarū confessione laudat̄. Quodq; illa significatio quę in specie ignis apparuit et opere perseuerat & munere. Ipse eīm spūs ueritatis facit domū glorię lūinis sui nitore fulgere. Et in tēplo suo nec tenebrosum aliqd uult esse: nec tepidū de q̄ ope atq; doctrina etiā ieiuniorū nobis atq; elemosinarū ē collata purgatio. Nam hūc uenerabilem diem sequit̄ saluberrimę obseruātię cōsuetudo. quā utilissimam sibi oms̄ sancti semp experti sunt. & ad quam sedulo celebrandā pastorali uos solicitudīe cohortamur: ut siquid maculatū pximis diebus neglētia icauta cōtraxerit: id et ieiunii cēsura castiget: & deuotio pietatis emēdet. Quarta igit̄ et sexta feria ieiunemus. Sabbato aūt ī idipm̄ cōsueta deuotione uigilias celebremus p xp̄m dn̄m nr̄m. Amen.

P Leniſſime qdem nobis dilectiſſimi cauſam atq; rōnem ſollemnitatis hodiernę diuinorum eloquiorum textus oſtendit: quo ſanctum ſpiritum qnquageſimo poſt domini reſurrectionē die. qui ab aſcenſiõe eius decimus eſt: infuſum Chriſti diſcipulis. ſicut promiſſus ſperabatur: agnouimus. Sed ad nouos Eccleſię filios inſtruēdos addendū eſt etiam noſtri ſermonis obſequm. Non enim timemus ut ſpirtales et eruditi uota faſtidiant. ad quorum fructum pertinet: ut q̃plurimis inſinuari uelint: quod ipſi cum magna ſui utilitate didicerunt. Fiat ergo per corda hominum diſpēſatio munerum diuinorū. & ſeruitutē oris noſtri docti indoctiq; nō ſpernāt. illi ut p̄bent ſe amare qđ norūt: iſti ut oſtendant ſe deſiderare: quod neſciunt. Huic etiam p̄parationi ueſtrę aderit ipſius largitas: de cuius loqui maieſtate geſtimus: ut ad profectum totius eccleſię & nos capaces et nos faciat abundantes. Cum igit̃ ad intelligendam dignitatē ſpiritus ſancti aciem mētis intēdimus: nihil diuerſum ab excellētia patris & filii cogitemus: q̄a ĩ nullo ab unitate ſua diſcrepat diuinitatis eſſentia. Sempiternum eſt patri conſempiterni ſibi filii ſui eſſe genitorem. Sēpiternum eſt filio intemporaliter a patre eſſe p̄genitum. Sēpiternum quoq; eſt ſpiritui ſancto: ſpiritum eſſe patris & filii et nūq̃ pater ſine filio nūq̃ filius ſine patre nūq̃ pater & filius fuerunt ſine ſpū ſancto. et omnibus exiſtētię gradibus excluſis nulla ibi perſona ſit anterior: nulla poſterior. Huius enim beatę trinitatis & incommutabilis deitatis una eſt ſubſtantia indiuiſa in opere: et concors in uolūtate. par ĩ omnipotētia ęqualis in gloria. de qua cum ſancta ſcriptura ſic loqtur: ut aut in factis aut in uerbis aliquid aſſignet: quod ſingulis uideatur conuenire perſonis: non p̄turbatur fides catholica: ſed docetur. ut per proprietatem aut uocis aut operis inſinuetur nobis ueritas trinitatis. & non diuidat intellectus: qđ diſtinguit auditus. Ob hoc eīm quędā ſiue ſub patris ſiue ſub filii ſiue ſub ſpūs

sancti appellatione promuntur: ut confessio credentium in trinitate non erret. que cum sit inseparabilis: nunq̃ intelligeretur esse trinitas: si semp ĩsepabiliter diceret̃. Bene ergo ipsa difficultas loquendi cor nostrum ad intelligentiã trahit. et per infirmitatem nostram celestis doctrina nos adiuuat: ut qa ĩ deitate pr̃is & filii et sp̃us sancti nec singularitas est. nec diuersitas cogitanda: uera unitas & uera trinitas possit simul aliquatenus mente sentiri. sed nõ possit simul ore proferri. Fundata igitur in cordibus nostris dilectissimi fide. qua salubriter credimus: q̃d simul tota trinitas una uirtus est: una maiestas: una substãtia: indiscreta opere inseparabilis dilectione: indifferens potestate: simul implens omnia simul continens uniuersa. Quod enim est pater: hoc est & filius: hoc est & sp̃us sanctus. et uera deitas ĩ nullo esse aut minor aut maior potest. que sic in tribus confitenda est p̃sonis: ut & solitudinem nõ recipiat trinitas: et unitatẽ seruet eq̃litas Hac inq̃ dilectissimi fratres fide firmiter apprehẽsa nõ ambigamus quod cum in die pentecostes discipulos dñi sp̃us sanctus impleuit: non fuit inchoatio muneris: sed adiectio largitatis. q̃m & Patriarche et p̃phete et sacerdotes om̃sq; sancti qui prioribus fuere tẽporibus: eiusdem sunt spiritus sancti sanctificatione uegetati: & sine hac gratia nulla unq̃ instituta sacramenta nulla sunt celebrata mysteria: ut eadẽ semper fuerit uirtus charismatum: quãuis nõ eadem fuerit mensura donorum. Ipsi quoq; Apostoli ante passionem dñi spiritu sc̃o nõ carebant: nec potentia huius uirtutis aberat ab operibus saluatoris. & cum discipulis daret infirmitatum curationem: et eiciẽdorum demonum potestatẽ. eius utiq; spiritus largiebat̃ effectum in quo ipsum imundis spiritibus imperãtem iudeorum negabat impietas: & diuina benefitia diabolo deputabat. Vnde taliter blasphemãtes merito illam domini excepe sententiã: qua ait. Om̃e peccatũ et blasphemia remittet̃ hominibus. Et quicunq; dixerit uerbũ contra filiũ hominis: remittentur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittentur ei neq; hic neq; in futuro.

Vnde manifestum est peccatorum remissionem sine spiritus sancti aduocatione non fieri. neque quenque sine illo sicut expedit: igemiscere: aut sicut oportet orare. dicēte apostolo. Quid enim oremus nescimus. sed spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Et nemo potest dicere dominū Iesum nisi in spiritu sancto: quo uacuari nimis exitiale est. nimisque mortiferum: quia nunquam ueniam meret: qui ab intercessore deseritur. Omnes igitur dilectissimi qui ī dominum Iesum crediderāt: infusum sibi habebant spiritum sanctum: et remittendorum peccatorum iam tunc apostoli acceperant potestatē. quando post resurrectionē suam dñs insufflauit: et dixit. Accipite spūm sanctum. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sed illi perfectioni que erat discipulis conferenda: maior gr̄a & abundantior inspiratio seruabat. per quā & que nondū acceperant: sumerent. et excellētius possent habere: que sumpserant. propter quod dominus dicebat: Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis illa portare modo. Cū autem uenerit spūs ueritatis: ille diriget uos in omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed que audietet: loquetur. & futura annūtiabit uobis: Ille me clarificabit. qa de meo accipiet. & annūtiabit uobis. Quid ergo est: quod dñs pmittens discipulis spūm sanctū q iam dixerat oīa que audiui a patre nota feci uobis adhuc inquit multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare mō. Cū uenerit ille spūs ueritatis: ille uos diriget in omnē ueritatem. Nunquid sese dñs ueritatis inferioris scientie uolebat itelligi: aut minus aliqd q̄ spiritum a patre didicisse: cum ipse sit ueritas: Et nihil pr̄ dicere nihil possit docere sine uerbo. Ideoque dictum sit: de meo accipiet: qm̄ quod accipit spūs patre dante dat filius. Nō itaque alia erat insinuanda ueritas: nec alia p̄dicanda doctrina. Sed oportebat capacitatē eorum qui docebant: augeri. & multiplicari constantiam illius caritatis: que omnem formidinem foras mitteret. Quod utique apostoli posteaquam spiritus sancti noua abundantia sunt repleti: ardentius uelle & efficatius posse

cęperunt. proficientes a preceptorum scientia ad tole/
rantiam passionum: ut sub nulla iam potestate trepidantes
fluctus seculi et elationes mundi fide supergrediente
calcarent. et morte contempta omnibus gentibus euange/
lium ueritatis inferrēt. Quod uero addidit dominus dicēs:
Quecunqȝ audierit loquetur: & futura annuntiabit uobis:
Non segni ītellectu dilectissimi nec trāsitorio accipiamus
auditu. Preter alias enim ueritatis locutiones quibus ma/
nicheorm confutatur impietas: hac apertissima sententia
totū sacrilegę falsitatis dogma prosternit. Cuius discipuli
magnum quendam & sublimem uiderentur sequi autorem
in magistro suo manicheo manifeste apparuisse spiritum
sanctum crediderunt. promissumqȝ a domino paraclitum
non prius uenisse q̄ hic infelicium deceptor oriretur. in
quo ita spiritus sanctus maneret: ut non alius fuerit ma/
nicheus iste q̄ spiritus: qui per ministeriū corporeę uocis
et linguę discipulos suos in omnem induceret ueritatem.
et nunq̄ cognita preteritorū secreta seculorum reseraret.
Quod q̄ sit ridiculum quanqȝ uanum tędere ostendere: nisi
adhuc quosdam non puderet hoc credere. Magnus ergo
magister falsitatis diabolicę & conditor superstitionis ob/
scęnę eo tēpore dānandus īnotuit: quo post resurrectionē
domini ducentesimus et sexagesimus annus impletus est
Probo imparatore Paulinoqȝ consule cum octaua iam in
christianos ebulliret persequutio & innumera martirū milia
ipsis suis uictoriis probauissent impletum esse qd̄ dominus
promiserat dicēs. Cum autem tradent uos nolite cogitare
quo modo: aut quid loquamini. Non enim uos estis: qui
loquimini: sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.
Nō ergo potuit promissio domini tanta p̄ etatū interualla
differri: nec ille spiritus ueritatis quem mundus non acce/
pit impiorum: ita septiformem illam donorum suorum
continuit largitatem ut tot ecclesię generationes sapientia
et intellectu scientia & pietate atqȝ ipso dei timore frauda/
ret: donec prodigiosus mendaciorum signifer nasceretur:

Cui nec hoc quidem tribui potest: quod per exiguã diuinę inspirationis acceperit portionem. quoniam & hic de illa inuidię extitit parte quę non possunt spm̃ ueritatis accipere. Repletus enim spiritu diaboli spiritui resistit xp̃i. Et cum sanctis dei hoc paclyti doctrina contulerit: ut futura predicerent: hic ne falsitates eius ipse rerũ processus argueret: ridendaꝝ impudentia fabulaꝝ in preteritas retorsit ętates. et quasi nos nihil ordine creaturę in uniuersum mundũ lex sancta & diuinitus inspirata prophĩa docuisset. ĩ cõtumeliam dei & in omnium bene cõditarum iniuriam naturarũ inexplicabilium mendacioꝝ monstra cõtexuit. Quibus tandem suas insinuaturas insanias nisi multum incęstis & nimium a lumine ueritatis auersis qui siue ꝑ ignorãtię cęcitatem siue per turpitudinis appetitum ad illa non sacra. sed execranda perueniunt: quę propter communem uerecundiam nõ sunt nostro sermone ꝓmenda. cum iam abundantissime ipsorum sint confessione patefacta. Nulli ergo uestrum dilectissimi suadeat: qd̃ tãte impietatis autorem spiritus sanctus aliqua ex parte dignatus sit. Nihil adistum prorsus de illa uirtute peruenit: quã ecclesię suę Christus ꝓmisit. & misit. dicente enim Iohanne. Spiritus nondũ erat datus qa Iesus nondum erat glorificatus: domini ascensio dandi spiritus fuit ratio. quem ille necesse est ut neget datũ: q ad cõsessum paternę dexterę uerum in Christo hominem negat esse prouectum. Nos autem dilectissimi ad beatam ęternitatem & animę et carnis per regenerationem sancti spũs adoptati sacratissimi istius festi rõnabili obsequio & casta lęticia celebremus: cõfitentes cum beato Paulo apostolo. qd̃ dñs Iesus ascẽdens in altum captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus ut ęuangelium dei per omne humanę uocis eloquium prędicetur: & omnis lingua confiteatur quia dñs Iesus in gloria est dei patris. Ad presentẽ autẽ sollemnitatẽ etiã nobis est assumenda deuotio. ut ieiunium qd̃ ex apostolica traditiõe subsequitur: sancta obseruãtia celebremus. quia & hoc inter maxima sancti spiritus dona numerandum est: quod nobis

aduersus illecebras carnis & īsidiis diaboli ieiuniorum sunt collata presidia: qbus omnes temptationes deo adiuuante uincamus. Quarta igitnr & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatum Petrum uigilias. celebremus patrocinate eodem spirtu orationibus nostris: ut in omībus misericordiam dei obtinene mereamur. Per eundē dn̄m nr̄m Iesum Christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omīa secula seculoꝝ. Amen

HOdiernam dilectissimi festiuitatem toto terrarū orbe uenerabilem ille sancti spiritus consecrauit aduentus. qui post resurrectionem domini quīquagesimo die in aplōs populumqꝫ credentium sicut sperabat: influxit. Sperabatur quia illum dominus Iesus promiserat affuturū: non ut tunc primum esse sanctorū habitator īciperet: sed ut sacrata sibi pectora & feruentius accēderet: et copiosius mūdaret. cumulans sua dona non incboans nec ideo nouus opere quia ditior largitate. Nunq̄ enim ab omnipotentia patris et filii spiritus sancti est discreta maiestas. & quicquid in dispōne rerum oīm agit diuina moderatio ex totius uenit ꝓuidētia trinitatis. Vna est ibi benignitas misericordie. una censura iusticię. nec aliquid est ī actiōe diuisum: ubi nihil est in uoluntate diuersum. Quem ergo illuīnat pater: illuīnat filius: illuminat spiritus sanctus. Cumqꝫ alia sit persona missi: alia mittentis: alia ꝓmittentis: simul nobis & unitas maīfestatur: et trinitas ut essentia habens ęqualitatem. & non recipiens solitudinem & eiusdem substantię et non eiusdē ītelligatur esse persone. Quod ergo salua cooperatione inseparabilis deitatis quędam pater quedam filius quędam proprie spūs sanctus exeqtur: nostrę redemptionis dispositio nrę salutis est ratio. Si enim bomo ad imaginem & similitudinem dei factus in suę bonore naturę mansisset: nec diabolica fraude deceptus. a lege sibi posita per concupiscētias deuiasset: ut creator mundi creatura non fieret: neqꝫ aut sempiternus

temporalitatem subiret: aut ęqualis deo patri filius deus formā serui & similitudinē carnis peccati assumeret. Quia uero inuidia diaboli morsītrauit in orbem terrarꝫ: et aliter solui captiuitas humana non potuit: nisi causam nr̄am ipse susciperet: qui sine maiestatis suę damno et uerus homo fieret: & solus peccati contagium non haberet: diuisit sibi opus nostrę reparationis misericordia trinitatis: ut pater propitiaretur. filius propitiaret: spiritus sanctus igniret. Oportebat enim ut aliquid etiam saluandi pro se agerent: et cōuersis ad redemptorē cordibus ab nimia damnatione discederent. Quoniam sicut apostolus ait. Misit deus spm̄ filii sui in corda nostra in quo clamamus Abba. pater. Vbi autem spiritus domini ibi libertas. Et nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Si ergo duce gratia dilectissimi fideliter sapienterqꝫ noscamus quid patri quid filio quid spiritui sancto ī reparatione nostra propriū quid ue commune sit: ea quę pro nobis hūiliter & corporaliter gesta sunt: Ita proculdubio suscipiemus: ut nihil indignum de una atqꝫ eadem trinitatis gloria sentiamus. Quāuis eīm nulla mens ad cogitandū de deo: nulla ad loquendū lingua sufficiat: tñ quantūcunqꝫ illud est: quod hūano ītellectu de essentia paternę deitatis attingit: nisi unū atqꝫ idem ē: cum uel de unigenito eius uel de spū sancto cogitatur: non pie sapit. sed nimis carnaliter caligatur. & ipm̄ quod de patre congruēter sentiri uidebatur: amittit. quia a tota trinitate recedit: si in ea unitas nō tenet. Nulla aūt ratione uere est unum: quod aliqua est inęqualitate diuersum. Cum igit̄ ad confitendum p̄rem & filium et spm̄ sanctum aciem mentis intendimus ꝑcul ab animo formas uisibiliū rerum & ętates temporalium naturarum procul corpora locorum & loca corporum repellamus. Discedat a corde qd̄ spatio extēdit quod fine concluditur. & quicquid nec semper ubiqꝫ nec totū est. Cogitatio de deitate trinitatis concepta nihil per distantiam ītelligat. nihil per gradus querat. At siquid de deo dignum senserit: nulli hoc ibi audeat negare personę:

tanq̃ honorificentius patri ascribat: qd̃ filio spirituiq; non tribuat. Nõ est pietas unigenito pferre genitorẽ. filii contumelia patris est iiuria. Quod uni demit: utriq; substrahit. Nam cum illis & sempiternitas sit cõmunis: & deitas: nec oĩpotens pater nec incõmutabilis ęstimat: si aut minorem se genuit: aut quẽ nõ habuit: habẽdo pfecit. Dicit qdem dñs Iesus discipulis suis sicut ẽuãgelica lectione recitatũ est. Si diligeretis me: gauderetis utiq;: qa ad patrẽ uado: quia pr̃ maior me est. Sed hęc illę aures quę sepius audierũt: Ego & pater unũ sumus: et q me uidet: uidet & prẽm: sine deitatis accipiũt differẽtia nec de illa hoc essentia intelligũt: quam sempiternã cum patre et eiusdẽ naturę nouerũt esse firma ratione. Cõmendat etiam sanctis Aplĩs incarnatione uerbi dñici hũana pfectio. & q denũtiato sibi domini turbabant abscessu ad ęterna gaudia honoris sui incitant augmẽto. Si diligeretis me iquit: gauderetis utiq;: qa uado ad prẽm hoc est si perfecta sciẽtia uideretis: quid uobis glorię confert: per hoc quod ex deo patre genitus etiam ex homine mr̃e sum natus: quod dñs ęternorũ unus uolui esse mortalium: quod uisibilẽ me inuisibilis pbui: qd̃ formam serui in forma dei sempiternus accepi: gauderetis: quia uado ad patrem. Vobis enim prestatur hęc ascensio: & super omnes cęlos ad patris dexteram collocãda uestra humilitas eleuatur. Ego autem qui hoc sum cum patre: quod pater est: indiuiduus cum genitore permaneo. & sic ab illo ad uos ueniens non recedo: quẽadmodum et uos ad illũ rediens non relinquo. gaudete ergo qa uado ad patrẽ. quia pater maior me est. Vniui enim uos mihi. & factus sum filius hominis: ut uos filii dei esse possitis. Vnde licet unus in utroq; sim: tamen quo uobis cõformor: patre sum minor. Quo autem a patre non diuidor: etiã me ipõ sum maior. Natura itaq; quę miñor est patre: uadit ad patrẽ. ut ibi sit caro: ubi semp ẽ uerbum et una ecclesię cathlicę fides. quem secundũ humanitatem non diffitetur minorẽ: secundũ deitatem credat ęqualem. Contẽnatur igit̃ dilectissimi uana & cęca uersutia heretice

impietatis quę ſibi huius ſcientię ſęua ĩterpretatione blan/
ditur: dicente domino: Omnia quę habet pater: mea ſunt:
nõ intelligat ſe patri demere: quicqd filio audet denegare.
Et ita in iis quę humana ſunt: deſipit: ut putet: ꝙ ideo
unigenito pr̃na defuerint: quia noſtra ſuſcepit. non minuit
in deo miſericordia poteſtatem. nec dilata reconciliatio
creaturę ſempiternę defectus eſt glorię. Quę habet pater:
habet et filius: habet & ſpũs ſanctus qa tota ſimul trinitas
eſt unus deus. Hanc aũt fidẽ terrena ſapientia nõ repperit.
Nec opinio hũana perſuaſit. Sed ipſe unigenitus docuit.
ipſe ſpiritus ſanctus inſtituit: de quo nihil eſt aliter q̃ de
patre & filio ſentiendum. quia licet non ſit pr̃: non ſit filius:
non tamen eſt a patre filioq; diuiſus. et ſicut ꝓpriam habet
in trinitate pſonam: ita unam habet in patris & filii deitate
ſubſtantiã. omnia implentem oĩa continentẽ et cum pr̃e &
filio uniuerſa moderantẽ. Per ĩfinita ſęcula ſęculoꝝ. Amen.

HOdiernam dilectiſſimi feſtiuitatẽ de deſcenſiõe ſpũs
ſancti conſecratam ſeqtur. ut noſtis ſollẽne ieiunium
quod animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum.
deuota nobis eſt obſeruantia celebrandum. Repletis nãq;
apoſtolis uirtute promiſſa. & in corda eorum ſpũ ueritatis
ingreſſo: non ambigimus inter cętera cęleſtis ſacra merita
doctrinę hanc ſpiritalis continentię diſciplinam de paclyti
magiſterio primitus cõceptã: ut ſanctificate ieiunio mẽtes
conferẽdis ſibi charíſmatibus fierẽt aptiores. Aderat qppe
Chriſti diſcipulis protectio omnipotentis auxilii & princi/
pibus naſcentis Eccleſię tota pr̃is filiiq; diuinitas ĩpſentia
ſancti ſpiritus pręſidebat. Sed contra inſtantes impetus
perſequentiũ cõtra minaces fremitus impioꝝ nõ corporis
fortitudine nec carnis erat ſaturitate certandum: cum hoc
maxime hominis interiora corrũpat: qđ exteriora delectat.
et tãto fiat rationalis aĩa purgatior: quanto fuerit ſubſtãtia
carnis afflictior. Ii itaq; doctores q exẽplis & traditionibus

suis omnes Ecclesię filios imbuerunt : tyrotinium militię xpianę sanctis Ieiuniis ĩchoarũt : ut cõtra spiritales neqtias pugnaturi abstinẽtię arma raperent: qbus incentiua uitiorꝝ truncarẽt. Inuisibiles enim aduersarii & ĩcorporales hostes non erunt contra nos ualidi: si nullis carnalibus desideriis fuerimus immersi. Cupiditas quidem nocendi in tẽptatore perpetua est. sed inermis atqꝫ inefficax erit: si nihil in nobis unde contra nos pugnet: inuenerit. Quis autem hac fragili carne circũdatus & ĩ isto mortis corpore cõstitutus etiam qui multũ ualideqꝫ profecerit: ita iam de sua salute securus sit: ut ab omni se illicebrarꝫ periculo credat alienum? donec licet sanctis suis quotidianam gratia diuina uictoriam non aufert tamen dimicandi materiam. Quia et hoc ipsum de misericordia ꝓtegentis est: qui naturę mutabili ne de confecto prelio superbiret: semꝑ uoluit superesse qđ uinceret. Igitur post sanctę dies leticię quos in honorem domini a mortuis resurgẽtis ac deinde ĩ cęlos ascendẽtis exegimus: Postqꝫ perceptum sancti spũs donũ salubriter et necessarie consuetudo est ordinata ieiunii: ut siquid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas et licẽtia inordinata pręsumpsit: hoc religiose abstinentię censura castiget. Quę ob hoc quoqꝫ studiosius exequenda est: ut illa in nobis quę hac die Ecelesię diuinitus sunt collata: ꝑmaneãt. Templum eĩm facti spũs sancti & maiore q̃ unq̃ copia diuini fluminis irrigati nullis debemus concupiscentiis uinci. nullis uiciis possideri. ut uirtutis habitaculum nulla sit contaminatione pollutum. Quod utiqꝫ regente atqꝫ adiuuãte dño ominbus obtinere possibile est si per ieiunii purificationem ac per misericodię opera studeamus & peccatorũ sordibus liberari: & caritatis fructibus esse fęcundi. Quicquid enim in cibos pauperum in curationes debilium ĩ precia captiuorꝫ et in quęlibet opera pietatis impenditur: non minuitur. sed augetur. nec unq̃ apud deum perire poterit: qđ fidelis benignitas erogauit. dum quodcũqꝫ tribuit ad subsidiũ: id sibi recondit ad premiũ. Beati enim misericordes: quoniam

ipsorum miserebitur deus. neq; delictoꝝ memoria erit: ubi testimonium pietatis affuerit. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato aūt apud beatissimū Petꝝ Apostolum uigilias celebremus. cuius nos orationibus & a spiritalibus inimicis & a corporalibus hostibus confidimus liberari. per dn̄m nr̄m Iesum Christū filium tuū q tecū uiuit et regnat in unitate sp̄us sancti deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amen.

DE IEIVNIO PENTECOSTES EIVSDEM SERMO. II.

DVbitandum non est dilectissimi omnē obseruantiam Christianam eruditionis esse diuinę. & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum: de traditione apostolica & de sancti spiritus prodire doctrina. qui nunc quoq; cordibus fidelium suis presidet institutis: ut ea oīs & obedienter custodiant: et sapienter intelligāt. Nam cum in die Pentecostes quem a pascha domini quinquagesimum celebramus: Promissus a domino sp̄us sanctus expectantium mētes maiori q̄ unq̄ copia & clariora pn̄tia suę maiestatis impleuerit: manifestissime patet inter cetera dei munera, ieiunioꝝ quoq; gratiam quę hodiernam festiuitatem indiuisa subsequit: tunc fuisse donatā: ut sicut fuit concupiscentia inicium peccatoꝝ: ita sit continentia origo uirtutū In exercendo aūt hoc die munere non ideo segniores esse debemus: quia & Iudęi et hęretici sępe ab edendi libertate se continent. & apud ipsos paganos sunt quędam noua ieiunia. Aliud enim agit sub ueritate ratio. Aliud sub falsitate deceptio. Apud nos fides etiā sanctificat manducantē apud illos īfidelitas polluit ieiunantē. Vnde q̄a extra Ecclesiam Catholicā nihil est integꝝ: nihil castum dicente apostolo: Omne qđ non est ex fide peccatū est: cum diuisis ab unitate corporis Christi nulla similitudine cōparamur. nulla cōmunione miscemur. Quod utiq; nobis saluberrimū maximūq; ieiuniū est. Ad uirtutē eīm cōtinentię nihil prius ptinet: quam ab erroribus abstinere. quia tūc demum bene ambulat: cum p uiam ueritatis incedit. Nam q̄a angusta & ardua declinantes: pcliua & lata sectando cito ī pditionem

deuenīūt. melius est gradus lentior p iter rectū: q̄ uelocitas festina per deuium. Agnoscat ergo Catholicus Christianus fructus ieiunii sui. qđ etiam inter maximas largitates sterilissimum erit: nisi de sancti spiritus irrigatione processerit. Cum eīm dicat Apostolus nullas sibi uirtutes sine caritate prodesse: Ideq; dicat caritatē dei diffusam esse in cordibus nostris per spm̄ sanctum q datus est nobis: cauendum est: ne bona quę facere sine bonitate non possumus: elatione perdamus. nam omni se merito laude dispoliat: q de studiis industrię suę in se magis q̄ in domino gloriat̄. Cum beatus Dauid doceat ī sanctorum operibus deum esse laudandum dicens. Mirabilis deus in sanctis suis. deus Israel ipse dabit uirtutē & fortitudinem plebi suę. et iter̄: domine ī lumine uultus tui ambulabunt. & in noīe tuo exultabunt tota die. et in iusticia tua exultabunt̄. quoniam gloria uirtutis eor̄ es tu. Et ideo dilectissimi scdm eruditionem spiritus sancti per quem Ecclesię dei omniū uirtutum collata sunt dona: suscipiamus alacri fide sollemne ieiuniū. ut in mandatis quę poterimus efficere: contineamus nos ab inflatione iactātię ad dei gloriā cuncta referētes qui et bonar̄ est inspirator uoluntatum: & bonar̄ est autor actionum dicente domino Sic luceat lux ura coram hominibus ut uideant opera ura bona & magnificent patrem uestrum qui in celis est: Qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

### DE IEIVNIO PENTECOSTES EIVSDEM SERMO. III.

SAnctarum sollemnitatē dilectissimi ordine celebrato et spiritalis leticię deuotione cōpleta oportet nos ad salubritatē recurrere pcitatis. remediumq; ieiunii. & exercēdis mentibus & castigādis adhibere corporibus. ut quia nos satis de hoc & diuina monita et ppria expimenta docuerunt: primum p sacrator̄ dier̄ recursum diuinę pietati gratias referamus. cum scās continētię delicias appetētes aliquantulum nobis de terrenor̄ ciborum abundātia subtrahamus. ita ut pficiat elemosinis qđ non īpendit̄ mensis

Tunc enim demum ad animę curationem ꝓficit medicina ieiunii: cum abstinētia ieiunantis eſuriē reficit negligentis. Quia ergo ſcimus apud miſericordē deum ieiuniis ꝓcellere elemoſinę largitatē. dicente ipſo domino Date elemoſinam: & omnia munda ſunt uobis. Si animas noſtras a peccatoꝝ ſordibus cupimus emundari: elemoſinam pauperibus non negemus. ut in die retributionis ad promerendam dei miſericordiā miſericordię operibus adiuuemur per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

DE IEIVNIO PENTECOSTES EIVSDEM SERMO. IIII.

INter omnia dilectiſſimi apoſtolicę inſtituta doctrinę quę ex diuinę inſtitutionis fonte manarunt: dubium non eſt influente in eccleſię principes ſpiritu ſancto hanc primum ab eis obſeruantiam fuiſſe conceptam: ut ſancti obſeruatione ieiunii omnium uirtutum regulas inchoarēt. qa multum ad ꝓcepta dei excipiēda ꝓdeſſet: ſi Chriſtiana militia contra incentiua oīa uitiorum continentię ſe ſanctificatione muniret. Cum enim per illecebram cibi irrepſerit prima cauſa peccati quo ſalubriore dei munere utitur redempta libertas: ꝙ̄ ut nouerit abſtinere a conceſſis: quę frenare ſe neſciuit a uetitis. Omnis quidem creatura dei bona eſt. & nihil eſt abiiciendum qđ cum gratiarū actione percipiē. Sed non ad hoc creati ſumus: ut fęda & ipudenti auiditate omnes mundi copias expectamus. tanꝙ̄ qđ licet ſumi: non liceat pretermitti. Laudetur deus qui hominum uſui tā multa donauit. ſed agnoſcat rōnalis animus maiores delicias menti datas eſſe ꝙ̄ carni. & cum audit per ſpiritum ſanctū dici: poſt cōcupiſcentias tuas non eas: et a uolūtate tua uetare: intelligat ſibi contra oīa quę ſenſibus corporeis blandiūtur temperantię ſectandam eſſe uirtutē. per quam dū exterioris hominis uoluntas minuiē ſapientia interioris augetur. Non enim idem uigor cordis eſt ſub onere cibi: qui ſub lenitate ieiunii. nec eundem ſenſum poteſt ſatietas generare: quē parcitas. Quia cū caro concupiſcēs aduerſus ſpiritum ſpiritali cupiditate ſuperaē libera obtineē ſanitas:

et sana libertas. ut & caro mentis iudicio et mens dei regat̄ auxilio. Ad hanc ergo utilitatem nos dilectissimi presens tēpus inuitat: ut a resurrectione domini usq; ad aduētum spiritus sancti quinquaginta diebus emensis quos in leticia precipue festiuitatis exegimus: ad ieiunio℞ remedia con/curramus. ne forte per occasionem licentię blandioris aliq̄s negligentię culpas delectabiliū usus inciderit. Terra enim carnis nr̄ę nisi assiduis fuerit subacta culturis: cito de segni ocio spinas tribulosq; producit. & partu de generi dabit fructū non horreis inferēdum: sed ignibus concremādum. Dicente domino omnis plantatio quā non plantauit pater meus cęlestis eradicabitur. Custodienda igitur nobis oīm germinum seminumq; generositas quā ex summi agricolę plantatione cōcepimus. & uigili sollicitudine prouidēdum: ne dei munera aliqua inuidentis inimici fraude uiolent̄. & in paradiso uirtutum non crescat silua uitiorum. Ad decli/nandum aūt hoc malum: nihil est potentius elemosinis atq; ieiuniis. dum & carnales cupiditates continentia necat: & desidero℞ spiritaliū fructus misericordię cura multiplicat. Vnde caritatem nostram sollemniter admonemus: ut per castigationem corporis & p̱ opera pietatis mundari ab om/nium peccatorum sorde curemus. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato autē apud beatissimum Petrum Apostolum uigilias celibremus. cuis meritis et orationibus ita nos p̱ omnia credimus adiuuandos ut misericordia dei et ieiuniis nr̄is assit et uotis. p̱ Christum dn̄m nr̄m. Amen.

IN NATIVITATE APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI EIVSDEM SERMO PRIMVS.

OMnium quidem sanctarum sollemnitatum dilectissimi totus mundus est particeps. et unius fidei pietas exigit: ut quicq̄d ꝓ salute uniuersorū gestum esse recolit̄: cōmunibus ubiq; gaudiis celebret̄. ue℞ tamen hodierna festiuitas p̄ter illam reuerētiam quam toto

terrarum orbe promeruit: speciali & propria nostre urbis exultatione ueneranda est: ut ubi precipuorum apostolorum glorificatus est exitus: ibi in die martyrii eorum sit leticie principatus: Isti enim sunt uiri per quos tibi euangelium Christi Roma resplenduit et que eras magistra erroris facta es discipula ueritatis. Isti sunt patres tui ueri pastores qui te regnis celestibus inserendam multo melius multoque felicius condiderunt: quam illi quorum studio prima menium tuorum fundamenta locata sunt. Ex quibus is qui tibi nomen dedit: fraterna te cede fedauit. Isti sunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt: ut gens sancta populus electus ciuitas sacerdotalis & regia per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius presideres religione diuina quam dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta uictoriis ius Imperii tui terra marique protuleris: minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit: quam quod pax Christiana subiecit. deus namque bonus & iustus et omnipotens qui misericordiam suam humano generi nunquam negauit: omnesque in commune mortales ad cognitionem sui abundantissimis semper beneficiis erudiuit uoluntariam errantium cecitatem & procliuem in deteriora nequiciam secretiore consilio & altiori pietate miseratus est: mittendo uerbum equale atque coeternum. Verbum igitur caro factum ita diuinam naturam nature uniuit humane: ut illius ad infima inclinatio nostra fieret ad summa prouectio. Vt autem huius inenarrabilis gratie per totum mundum diffunderetur effectus: romanum regnum diuina prouidentia preparauit. Cuius ad eos limites incrementa producta sunt: quibus cunctarum undique gentium uicina & contigua esset uniuersitas. Dispositio namque diuinitus operi maxime congruebat: ut multa regna uno confederarentur imperio. et cito peruios haberet populos predicatio generalis: quos unius teneret regimen ciuitatis. Hec autem ciuitas ignorans sue prouectionis auctorem cum pene omnibus dominaretur gentibus: omnium gentium seruiebat erroribus. & magnam sibi uidebatur assumpsisse religionem: quia nullam respuerat falsitatem. Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata tanto per Christum est mirabilius absoluta

Nam cum duodecim apostoli accepta per spiritū sanctum omni locutione linguarum imbuēdum euangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent: beatissimus Petrus princeps aplici ordinis ad arcē Romani destinatur imperii. ut lux ueritatis quę in omnium gentium reuelabatˉ salutē: efficacius se ab ipso capite per totum mūdi corpus effunderet. Cuius aūt nationis hoīes in hac tunc urbe non eēnt: aut quę usquā gentes ignorarēt: qđ Roma didicisset? hic conculcandę philosophię opiniones hic soluendę erant terrenę sapientię uanitates· hic cōfutandus dęmonū cultus hic oīm sacrălegioꝝ impietas destruēda: ubi diligentissima superstitione erat collectum quicquid usq̄ fuerat uanis erroribus institutum. Ad hanc ergo urbem tu beatissime Apostole Petre uenire non metuis: & consorte glorię tuę Paulo aliarum adhuc Ecclesiarū ordinationibus occupato siluam istam frementium bęstiarum et turbulētissimę profunditatis oceanum constantior ingredieris. Nec mundi dominam times Romam: qui in Cayphę domo expaueras sacerdotis Ancillam. Nunqd aut iudicio Pilati aut seuicia Iudęoꝝ minor erat uel in Claudio potestas: uel in Nerone crudelitas? Vincebat ergo materiā formidinis uis amoris. nec ęstimabas terrori cedendum: dum hoꝝ saluti consulis: quos susceperas diligendos. Hunc ergo intrepide caritatis affectum iam tunc profecto conceperas: quando professio tui amoris in dīm trinę īterrogationis ē solidata mysterio. Nec aliud ab hac mentis tuę ītentione quesitum est: q̄ ut pascendis eius quem diligeres ouibus cibum quo ipse eras opimatus impenderes. Augebāt quoq; fiduciam tuam tot signa miraculorū tot dona charismatum atq; experimenta uirtutum. Iam populos qui ex circuncisione crediderant: erudieras. Iam Antiochenā ecclesiam ubi primū Christiani noīs dignatus est orta: fundaueras. Iam Pontum Gallatiam Cappadociam Asiam atq; Bithyniam legibus Euangelicę predicationis īpleueras. nec aut dubius· de ꝓuectu operis aut de spatio tuę ignarus ętatis trophęum crucis Christi

romanis artibus inferebas. quo te diuinis p̄ordinationibus anteibant et honor potestatis & gloria passionis. Ad quam beatus coapostolus tuus uas electiōis et specialis magister gentium Paulus occurrēs eodem tibi cōsotiatus ē tēpore: quo iā omnis innocentia omnis pudor omnisq; libertas sub Neronis laborabat imperio. Cuius furor p̄ omnium uitiorum inflāmatus excessum in hunc eum usq; torrentem suę prę/cipitauit insanię: ut primus nomini Christiano atrocitatem generalis persequutionis inferret. quasi per sanctorum neces gratia posset extingui qbus hoc ipsum erat maximum lucrum. ut contēptus uitę huius occiduę perceptio fieret felicitatis ęterne. Pręciosa ergo est incōspectu domini mors scōrum eius. Nec ullo crudelitatis genere destrui pōt sacramento crucis Christi fundata religio. Non minuit̄ p̄secutionibus Ecclesia sed auget̄. & semper dominicus ager segete ditiori uestit̄: dū grana quę singula cadunt: multiplicata nascūtur. Vnde duo ista pręclara diuini germina seminis in quantum sobolem pullularint: beatorum milia martyrum protestantur: qui apostolicorū ęmuli triumphorum urbē nr̄am purpuratis et longe lateq; rutulātibus populis ambierunt: & quasi ex multarum honore geminarum conserto uno diademate coronarunt. De quorum pręsidio dilectissimi diuinitus nobis ad exemplum paciētię et confirmationem fidei preparato uniuersaliter quidem in omnium sanctorum cōmemoratione lętandū est. Sed ī horum excellētia patrum merito ē excellētius gloriandū: quos gratia dei in tantum apicem in oīa ecclesię membra prouexit: ut eos in corpore cuius caput est xp̄us: quasi geminum constitueret lumen oculorum. de quorum meritis atq; uirtutibus quę omnem loquendi superant fa/cultatem: nihil diuersum: nihil debemus sentire discretum. quia illos & electio pares. et labor similes & finis fecit ęq̄les. Sicut aūt & nos experti sumus: et nostri p̄bauere maiores: credimus atq; confidimus inter omnes labores istius uitę ad obtinendam misericordiam dei semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos. ut quātum propriis

peccatis deprimimur tantum apostolicis meritis erigamur. Per dnm nostrum Iesum xpm cui est honor cū patre et cū scō spū eademptās una diuinitas in sęcula sęculoꝶ. Amen.

IN NATIVITATE APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI EIVSDEM SERMO SECVNDVS.

Xultemus in dño dilectissimi et spiritali iucunditate letemur: quia unigenitus dei patris filius dñs noster Iesus Christus ad insinuanda nobis diuinitatis mysteria: apostolici ordinis primum beatum Petrum huic ciuitati dignatus est ꝑrogare: Cuius hodierna festiuitas recurrēte triumpho martyrii specimen & decus cōtulit orbi terraꝶ. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa confessio quę a deo pr̄e inspirata apostolico cordi omnium humanaꝶ opinionum incerta trāscēdit. et firmitatē petrę: quę nullis īpulsionibus quateretur: accepit. Euangelica quidem referente historia omnes Apostolos dominus quid de eo opinent̄: iterrogat: Ad ubi quid habeat discipuloꝶ sensus exigitur. ille primus est in dñi cōfessione: q primus est in Apostolica dignitate. Qui cū dixisset: Tu es Christus filius dei uiui: Respondit ei Iesus: Beatus es Simon Bariona quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pr̄ meus qui in cęlis est. Ideo beatus es: quia pater meus te docuit: nec opinio te terrena fefellit: sed inspiratio cęlestis instruxit. et non caro & sanguis sed ille me tibi cuius sum unigenitus indicauit. Et ego inquit dico tibi: hoc ē sicut pr̄ meus tibi manifestauit diuinitatem meam: ita ego notam tibi facio excellentiam tuam. Quia tu es Petrus: id est cum ego sim inuiolabilis petra: ego lapis angularis qui facio utraq; unum: Tamen tu quoq; petra es: qa mea uirtute solidaris: ut quę mihi potestate sunt ꝓpria: sint tibi mecū participatione cōmunia. Supra hanc petram ędificabo ecclesiam meam. & portę inferi non pręualebunt aduersus eam. Super hanc inquit fortitudinem ęternum extruam templum. & ecclesię meę cęlo inferēda sublimitas in huius fidei firmitate consurget. hanc confessionē portę

inferi non timebunt · mortis uincula non ligabunt. Vox enim ista uox uitę est. & sicut confessores suos in Ecclesia prouehit: ita negatores ad īferna demergit. Propter quod dicitur beato Petro Apostolo: Tibi dabo claues regni celorum, et quęcunque ligaueris super terram: erunt ligata & in cęlis. Transiuit quidem in Apostolos alios uis istius potestatis. sed non frustra uni commendatur. qđ omnibus intimetur. Petro eīm singulariter hoc creditur: quia cunctis Ecclesię rectoribus Petri forma ꝑponitur. Manet ergo Petri priuilegium: ubicunque ex ipsius fertur ęquitate iudicium. nec nimia est uel seueritas: uel remissio: ubi nihil erit ligatum: nihil solutū: nisi quod Petrus aut ligauerit: aut soluerit. Instante autem passione sua dominus quę discipulorum suorū erat turbatura cōstantiam. Simon inquit Simō ecce Sathanas expostulauit: ut uos cribraret sicut triticū. Ego aūt rogaui pro te: ut nō deficiat fides tua. & tu aliqñ cōuersus cōfirma fratres tuos: ne intrent ī temptationē. Cōmune erat oībus apostolis periculum de temptatione formidinis. & diuinę protectionis auxilio pariter indigebant. quoniam diabolus omnes exagitare: omnes cupiebat elidere. et tamē specialis a domino Petri cura suscipitur: & pro Petri fide proprie supplicatur. tanq̃ aliorum status certior sit futurus. si mens principis uicta nō fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur. & diuinę gratię ita ordinatur auxilium: ut firmitas quę per Christum Petro tribuitur: per Petrum Apostolis conferatur. Nam & post resurrectionem suam dñs beato Petro apostolo post regni claues ad trinam ęterni amoris professionē mystica īsinuatione ter dixit: pasce oues meas. quod & nunc procul dubio facit. et mādatum domini pius pastor exequitur. confirmans nos exhortationibus. & pro nobis orare non cessans: ut nulla temptatione superemur. Si autem hāc pietatis suę curā populo dei sicut credēdum est: ubique prętendit: quantomagis alumnis suis opem suam dignatur impendere: apud quos in sacro dormitiōis thoro eadē qua prędedit carne requiescit. Cum itaque dilectissimi

tantum nobis uideamus presidium diuinitus institutum: rationabiliter et iuste in ducis nostri meritis & dignitate letamur. gratias agētes sempiterno Regi & redeptori nr̄o Iesu Christo qꝫ tantam potentiā dedit ei: quē totius ecclesię principē fecit. ad gloriam & laudē nominis sui. Qui cū deo p̄re & sp̄u sancto uiuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

IN OCTAVA APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI EIVSDEM SERMO.

Religiosam deuotionem dilectissimi qua ob diem castigationis & liberationis nr̄ę cūctus fidelium populus ad agendas deo gratias confluebat: pene ab om̄ibus p̄xime fuisse neglectā: ipsa paucoꝝ q affuere raritas demōstrauit. et cordi meo multum tristicię intulit: & plurimum timoris incussit. Magnum eīm periculum est esse homines īgratos deo. et per obliuionē beneficioꝝ eius nec de correptione compūgi. nec de remissione letari. Vereor igit̄ dilectissimi ne uox illa prophetica tales īcrepasse uideatur: quę dicit: Flagellasti eos: & non doluerunt. castigasti eos: et noluerūt accipere disciplinam. Quę enim in eos correptio ostendit̄: in quibus tāta auersio reperitur? pudet dicere. sed necesse est non tacere: plus impenditur demoniis: q̄ apostolis. et maiorē obtinent spectacula frequētiam: q̄ beata martyria. Quis hāc urbē reformauit saluti? quis a captiuitate eruit? quis a cęde deffendit? ludus cyrcensium: an cura sanctoꝝ? quoꝝ utiqꝫ p̄cibus diuinę censurę flexa sentētia est: ut qui merebāt̄ iram: seruaret̄ ad ueniā. Tangat obsecro dilectissimi cor u̅r̄m illa sententia saluatoris: qui cum decem leprosos misericordię uirtute mundasset: unum tantum dixit ex eis ad agendas gratias reuertisse. signans fideliter de ingratis: quod huic pietatis officio etiam si corporis assequuti sunt sanitatē: non tamen sine animi īpietate defuerunt. Ne ergo ista ingratorum nota etiam uobis dilectissimi possit ascribi: reuertimini ad dominū. intelligentes mirabilia quę in nobis dignatus est opari. et liberationem nr̄am non sicut opinanẗ

impii: stellarum effectibus sed ineffabilis omnipotentis dei misericordię deputantes: qui corda furentium Barbarorum mitigare dignatus est: ad tanti uos beneficii memoriā toto fidei uigore cōferte. Grauis negligētia maiore satisfactione curāda ē. Ad emendationē nr̄am utamur lenitate pcentis: ut beatus Petrus & oīs scī qui nobis ī multis tribulatiōi/bus affuerūt: obsecratiões nr̄as p uobis apud misericordem deum iuuare dignentur. Per Christum dn̄m nostrū Amen.

## IN NATIVITATE SANCTORVM SEPTEM FRATRVM MARTIRVM MACHABEORVM EIVSDEM SERMO.

GRatias dilectissimi domino deo nostro quod quanta sit huius dei sollemnitas etiā si ego taceam: cōuentus uester ostendit. Iam eīm conspiranti studio & deuoto aīmo conuenistis: ut festiuitas magnificentiam & si sermo non indicet: congregatio tamen ipsa testetur: & recte. Duplex enim causa letici̧e est: in qua & natalem ecclesie colimus et martyrum passione gaudemus. nec immerito digne Ecclīa borum exultat martirio: quorum ornatur exēplo. Causam ergo sollemnitatis hodiernę dilectissimi plenissime sacrę historię lectiōe didicistis. nec latere uos potuit: quē in tāto rerum gestarum ordine exceperitis auditum: cū gloriosam septem martyrū matrē exultanti & nō tacito honoraretis affectu. in singulis qdem filiis passam: sed in oībus coronatā. Subsequuta ē eīm felici exitu quos inuicto pmisit hortatu. beata genitrix beata progenies memorabilis p̄cedentium fortitudo. Nam cū in illo ordine mortiū & ī illa dispositiōe penarū id seuissimi regis excogitasset impietas: ut uictoriā sibi & de primis promitteret: quos sine tolerātie cruciaret exēplo: & de postremis quos ī supplicio torqueret alieno multiplicatę sunt martyrū palmę. & dum singuli in omībus uincūt. preter coronas ꝓprias omnes acquisiuere septenas. Sed hec ad fructuosam recolenda sunt auriū uoluptatem. Inflat scientia: nisi edificet obedientia. grauant audita: nisi suscipiatur imitanda. Nec eīm quia cessauit persecutor et

tortor: qa iam deo militant potestates: desunt Christianis: quas supent passiones. Fili inquit accedens ad seruitutem dei sta in iusticia & timore et prepara animam tuã ad tẽptationem & apostolus dicit. Quicũq; in Christo pie uolũt uiuere psecutionem patimur propter iusticiam. Qui ergo putas quieuisse persecutionem & nullum tibi cũ hostibus esse cõflictum: intimum cordis tui scrutare secretũ. et oms recursus animę tuę diligẽs explorator ingredere: & uide si nulla te repugnat aduersitas: si nullus tyrãnus uult ĩ mẽtis tuę arce dñari. Noli cum auaritia pacẽ firmare. et iniquorũ questuum incrementa contempne. Superbię concordiam nega. et magis time ĩ gloriã suscipi: q̃ in humilitate calcari. Dissotiare ab ira. Nec dolorem inflammet inuidię cupido uindictę. Renuntia uoluptati auertere ab immũditia. pelle luxuriam. fuge ĩiquitatẽ obnitere. falsitati. & cũ uideris te multiplicem habere pugnam: tu quoq; imitator Martyrum numerosam quere uictoriã. Totiens eĩm peccatis morimur: quotiens in nobis peccata moriunt̃. & preciosa ĩ conspectũ domini etiã ista mors sanctorum eius ubi homo occiditur mundo. non terminatione sensuum. sed fine uitiorũ. Si ergo carissimi non ducitis cum infidelibus iugum: si peccatores esse desistitis: & nullis carnalium cupiditatũ teptationibus creditis: sollẽnem hanc diẽ celebratis. & nõ solũ Martyres ac martyrum mr̃em: sed etiã illius memoriã iusto honore ueneramini: qui hoc die antiquam festiuitatem huius loci consecratione geminauit. Magnificus quidem structor parietum sed magnificentior ędificator animarũ: ultra ẽui sui terminos opera pietatis extendẽs. ut utilitatibus institutionum eius etiam in ipso frueretur deuota posteritas. et habitando qđ condidit: & faciẽdo quod docuit. Omnia ergo dilectissimi que oculis cernitis: & mente meministis: ad profectum uestrę ędificatiõis assumite. & ita unusquisq; uestrum p̃parato a maioribus utat̃ habitaculo: ut in seipso meminerit templum dei esse fundatum. nihil structurę suę prauũ. nihil supponat ĩfirmũ sed unus ex electis lapidibus

congruendo per indissolubilem connexionem crescat in dñica corporis unitatē: auxiliante dño nr̄o Iesu Christo q cum pr̄e & sp̄u sc̄o uiuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

IN NATIVITATE SANCTI LAVRENTII MARTYRIS EIVSDEM SERMO.

CVm omnium dilectissimi summa uirtutum et totius plenitudo iustitię de illo amore nascatur: quo deus ꝓximusq; diligitur: In nullis profecto hic amor sublimius excellere clariusq; fulgere q̄ ī beatissimis martyribus inuenitur: qui domino nr̄o Iesu Christo ꝓ omnibus hominibus mortuo tā ꝓpinqui sunt imitatione caritatis q̄ similitudine passionis. Quāuis enim illi dilectioni qua dn̄s nos redemit: nulla cuiusq̄ benignitas possit ęquari: quia aliud est pro iusto mori hominem sua necessitate moriturum: aliud pro impiis occumbere a debito mortis alienum: multum tamen uniuersis hominibus etiam martyres contulerunt: quorum fortitudine ita eius largitor usus est dn̄s: ut pęnam mortis et atrocitatem crucis nulli suorū uellet esse terribilem. sed multis faceret imitabilem. si ergo nullus bonus sibi soli est bonus: nec cuiusq̄ sapiētis sibi tantum sapientia est amica: et hęc uerarum natura uirtutum est: ut multos a tenebroso abducat errore: qui eaꝝ clarus est lumine: Ad erudiendum dei populum nullorum est utilior forma q̄ martyrum. Sit eloquētia facilis ad exortādum sit ratio efficax ad suadendum: ualidiora tamen sunt exempla q̄ uerba. & planius est opere docere: q̄ uoce. In quo excellētissimo genere beatus martyr Laurentius cuius passionis dies hodiernus illustris est: q̄ gloriosa polleat dignitate: etiam persequutores eius sentire potuerunt. cum illa mirabilis animi fortitudo de Christi principaliter amore concepta non solum ipsis non cederet: sed etiam alios exemplo suę tolerantię roboraret. Cum furor gentiliū potestatū in electissima quoq; Christi membra seuiret. ac pręcipue eos q ordinis erāt sacerdotalis impeteret: in leuitam Laurentium qui nō solum ministerio

sacramētorum sed & dispensatione ecclesiasticę substantię preeminebat impius persequutor efferbuit. Duplicem sibi prędam de unius uiri comprehensione promittens. quem si fecisset sacrę pecunię traditorē: faceret etiā sacrę religiōis exortē. Armatur itaq; gemina face homo pecunię cupidus et ueritatis inimicus auaricia: ut rapiat aurum. impietate: ut auferat Christū. Postolat sibi ab immaculato sacrarii p̄sule opes ecclesiasticas quibus auidissimus: inhiabat inferri. cui leuita castissimus ubi eas repositas haberet: ostendens: numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges: ī quorū uictu atq; uestitu inamissibiles condiderat facultates. quę tanto ītegrius erāt saluę q̄nto sanctius probabant̄ expensę. Fremit ergo prędo frustratus. & in odium religionis quę talem diuitiarum usum instituisset: ardescens direptionem thesauri potioris aggredit̄. ut apud quē nullam denariorū substantiam repperisset: illud depositum ei quo sacratius erat diues: auferret. Renuntiare Christo Laurentiū iubet. et solidissimam illam leuitici animi fortitudinem diris parat urgere suppliciis. Quorū ubi minora nil optinent: uehementiora succedūt. Laceros artus & multa uerberum sectione cōcisos subiecto precipit igne torreri. ut ꝑ cratem ferream quę iam de feruore continuo uim ex se haberet urendi: cōuersorum alterna mutatione membrorū: fieret cruceatus uehemētior. et pena productior. Nihil obtines nihil ꝓficis seua crudelitas. Subtrahit̄ tormentis suis materia mortalis. et Laurentio in celos abeunte tu deficis. flāmis tuis supari caritatis Christi flamma non potuit. Et segnior fuit ignis: qui foris ussit: q̄ qui intus accendit. Seruisti persequutor martyri: cum seuisti. auxisti palmam dum aggeras penam. Nam quid nō ad uictoris gloriam ingenium tuū repperit: quando in honorem transierūt triumphi etiam instrumēta supplicii? Gaudeamus igit̄ dilectissimi gaudio spiritali & de felicissimo inclyti uiri fine gloriemur in dn̄o: q̄ est mirabilis in scīs suis in q̄bus nobis et p̄sidium constituit: & exēplum. atq; ita per uniuersum mundum clarificauit gloriam suam:

tur a solis ortu usq ad occasum leuiticorū luminū coruscāte fulgore q̄ glorificata ē Hierosolyma Stephano: tam illustris fleret Roma Laurentio. Cuius orone & pr̄ocinio adiuuari nos sine cessatione confidimus. ut quia oēs sicut apostolus ait: quicūq uolunt in xp̄o pie uiuere psequutione patiunt corroboremur spū ueritatis. & ad supandas oms̄ teptatōes constantis fidei pseuerantia muniamur. Per dominū nr̄m Iesum Christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate spūs sancti deus per omīa secula seculoꝝ. Amen.

DE IEIVNIO SEPTIMI MENSIS ID EST SEPTEMBRIS EIVSDEM SERMO PRIMVS.

Obseruantiam qdem uestram dilectissimi ita nouimus esse deuotam. ut animas uestras non solum legittimis sed etiam uoluntariis ieiuniis excolatis. Tamen adiicienda est huic studio. etiam nostrę admonitionis exhortatio: ut si qui sunt in hoc exercitio tardiores in his saltem diebus communi abstinentię se obędienter adiungant: in quibus nos oportet sacratissimā cōsuetudinem attētius celebrare. ut per humilitatē ieiunii cōtra omnes hostes nr̄os diuinum mereamur auxilium. Res eim ē precipui operis quā et ex auctoritate īdicimus: & ex caritate suademus. ut paululum edendi libertate cōpressa castigationi corporis & paupeꝝ studeamus alimonię: quos qui reficit: animam suam pascit. et temporales ępulas in delitias mutat ęternas. In locū igit̄ malarum cupiditatum sanctorum desideriorum icrementa succedant. Cesset iniquitas. sed nō sit ociosa iusticia. quem nullus patitur opprimentē: sentiat alqs adiuuantem. parum est eīm non auferre aliena: nisi largiaris & ꝓpria. sub oculis iusti iudicis sumus: qui nouit quātam unicuiq bn̄ operanti dederit facultatem. nō uult ociosa esse munera sua: q seruis suis sic mysticoꝝ talentoꝝ mensuras distribuit. ut creditū qui liberaliter erogasset: augeret. qui steriliter seruasset: amitteret. Et ideo dilectissimi qa septimi mensis ieiunium nos celebrare conuenit. sanctitatem uestram monemus: ut

quarta & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatū Petrū Aplm̄ uigilemus cuius suffragātibus meritis ab oībus tribulatiōibus mereamur absolui. p xp̄m dn̄m nr̄m. Amen.

DE EODEM SERMO SECVNDVS.

Eus humani generis conditor & redēptor qui nos ad promissiōes uitę ęternę p semitas uult ābulare iusticię de futura temptatiōe quę nobis ī itinere uirtutū insidiosis aduersaretur occursibus. multis nos presidiis dilectissim in quibus laqueos diaboli obtereremus īstruxit. īter quę hoc famulis suis saluberrimum contulit: ut contra omnes īimici dolos fortitudine se cōtinētię & operibus pietatis armarēt. Ille eīm qui ab initio primis hōībus interelicti cibi inseruit appetitum: & male credulis per illecebram edendi omnium concupiscentiarū uirus infudit: easdem fraudes retractare non desinit. et in natura quā scit suis seminibus incitatā esse uitiatam; sationis suę germem inquirit. ut ad labefactanda studia uirtutis: desiderium uoluptatis accendat. qm̄ pęna ipsius est prouectio Christiana. Nec potest eorum animos aliquo modo lędere qui nouerunt auxiliante domino in sua carne regnare. Rōnabili ergo moderatione sanctoq; proposito frenādę sunt rebelles cupiditates. nec sinendum est ut castis & spiritalibus desideriis corporales cōcupiscentię reluctentur. Agnoscat interior homo exterioris sui se esse rectorem. ut mens diuino gubernata dominatu. terrenam substantiam in bonę uolūtatis cogat obsequium. Nec eīm deest nobis ad hunc ordinem obseruadū misericordiissimi regis auxiliū: q nos saluberrime obsruantię rōne īformauit: prefiniens nobis per tempoꝝ recursus quosdā ieiuniorum dies in quibus castigatione corporum uirtus roboraretur animorum. huius autem remedii munus dilectissimi etiā in isto qui septimus est. mense depositum est: qd̄ nos prompta conuenit alacritate suscipere. Vt p̄ter abstinētiam q̄ quisq; se peculiariter atq; priuatī scd̄m modum suę possibilitatis excercet. Hęc quę oībus simul indicit: animosius celebreт.

Nā in omni agone certaminis Christiani utilitas cōtinentię plurimū ualet: ita ut quidam seuissimorꝝ spūs demonū qui ab obsessis corporibus nullis exorcizantiū fugant̄ imperiis: sola ieiuniorum & orationum uirtute pellant̄. dicente dño: hoc genus demoniorꝝ non eiicitur nisi in ieiunio & orone. Grata ergo est deo et terribilis diabolo ieiunantis oratio. Nec latet quantum acquirit suę saluti quę tantum prestat alienę. In hac sane obseruantia dilectissimi quāuis nos oms unanimiter oporteat esse deuotos: si qui tamen sunt: quorꝝ uoluntati aliqua obsistat infirmitas: laborem q̄ supra uires est corporum: redimant impendiis facultatum. Multa eīm sunt opera pietatis quę ipsam edendi necessitatem merito amplіore commendent: si ieiunantium purificationem studio benignitatis acquirūt. Nam cum ii qui nihil omittūt: de humiliatione ieiunii sub sterili fatigatione desudent: nisi se elemosinarum qua possunt erogatione sanctificent. dignum est: ut in alimoniam pauperꝝ abundātior sit eorum largitio: quorꝝ ad abstinendum minor est fortitudo. Quod ergo quis in sua sibi infirmitate non denegat: alienę inopię libenter impēdat. et propriam necessitatem faciat sibi cum indigente cōmunem. non culpat̄ infirmus. ieiunium soluēs: a quo cibus accipit paup ęsuriens. nec ęscam sumendo polluitur. qui elemosinam impartiendo mundat̄: dicente dño. Date elemosinā: et ecce oīa munda sunt uobis. In quo ope dilectissimi etiam ii q̄ ab epularꝝ delectatione se continent: fructus sibi debent misericordię comparare: ut qui abundantius seminauerint copiosius metāt. Non enim unquam agricolę suo seges ista mentitur. aut incertam spem habet operis cultura pietatis. Quicquid hoc modo ferentis manu spargit̄: nō estus urit. nō torres trahit. nō grando ꝓsternit. Incolumes semper sunt pietatis expensę. nō solum integrę manent: sed etiā modo augent̄ et qualitate mutantur. De terrenis celestia prodeunt. de paruis magna gignuntur. et temporale damnū in premium transit ęternum. Quisqs igit̄ diuitias amas quisqs multiplicari quę possides concupiscis:

in hęc lucra accendere: in hec reꝝ tuaꝝ augmenta ſuſpira: de quibus nihil fur abripit. nihil tinea corrumpit. nihil rubigo conſumit. Noli deſperare de fęnore noli de accipiēte diffidere. Quod uni horum feciſtis: mihi feciſtis: quis dicat intellige. et apud quē opes tuas colloces perſpicacius fidei oculis ſecurus agnoſce: non dubitet de receptione cui xp̄s debitor eſt. Non ſit anxia liberalitas nec triſte ieiunium. hilarem enim datorem diligit deus: qui fidelis eſt in uerbis ſuis & abundanter largita retribuit: qui benigne largienda donauit. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti deus. per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

## De ieiunio septimi mensis eiusdēm sermo. III.

AD exorandam dilectiſſimi miām dei ad renouandum ſtatum felicitatis humanę quantum ualeant religioſa ieiunia ſanctorum Prophetarū prędicatione cognoſcimus: qui diuinę iuſticię commotionem quā frequenter populus Iſrael merito iniquitatis inciderat: non niſi ieiunio ꝓteſtanē poſſe placari. Vnde & Iohel Propheta admonēt dicens: Hęc dicit dn̄s deus uꝛ̄. Conuertimini ad me ī toto corde ueſtro ī ieiunio flętu et planctu & ſcindite corda ueſtra et non ueſtimenta ueſtra. et cōuertimini ad dominum deum ueſtrum quia miſericors eſt. et patiens & magnanimus et multum miſericors. Et iteꝝ ſanctificate ieiuniū. prędicate curationē. congregate plębem. ſanctificate Eccleſiam. Quę cohortatio dilectiſſimi noſtris quoq; eſt amplectēda temporibus: quia huius curationis remedia etiam a nobis ſunt neceſſarie p̄dicanda ut in obſeruātia ſatiſfactionis antiquę qd̄ ꝑdidit Iudaica p̄uaricatio acqrat Chriſtiana deuotio. Diuinaꝝ nāq; reuerentia ſanctionū inter quęlibet ſpōtaneę obſeruātię ſtudia habet ſemꝑ priuilegium ſuū: ut ſacratius ſit: qꝺ publica lege celebratur: q̄ quod priuata inſtitutione dependit. Exercitatio eīm continentię quā ſibi qſq; ꝓprio arbitrio indicit: ad utilitatem cuiuſdam pertinet portionis.

Ieiunium uero quod uniuersa Ecclesia suscipit: neminem a generali purificatiōe seiungit. et tunc fit potentissimus dei populus: quādo in unitatē sanctę obedientię oīm fidelium corda conueniunt. & in castris militię Christianę similis ex omni parte preparatio & eadem est ubiq; munitio. fremat licet cruciēti cruenti hostis pugil furor. & latebrosas ūdiq; pretendat insidias: neminem tamē capere neminem poterit uulnerare: si nullum inermem nullū desidem nullū inuenerit ab opere pietatis exortem. Ad huius ergo inuicte pietatis potētiam dilectissimi & hoc nos sollemne ieiunium septimi mensis īuitat: ut a curis scularibus actibusq; terrenis liberos ad dominū aīmos erigamus. Et qa hanc intentionē semper necessariam nō oīs possumus habere perpetuam: sepiusq; per humanā fragilitatē a supernis in terrena recidimus: istis saltem diebus qui nobis ad saluberrima sunt remedia pīti tuti: mundanis nos occupatiōibus substrahamus. & aliquid temporis quod prosit ad bona ęterna: furemur. In multis enim sicut scriptū est: offendimus oīs. & licet quotidiano dei munere a diuersis cōtaminatiōibus emūdemur: inherēt tamen incautis aīmis plerunq; maculę crassiores: q̄s oportet diligentiori cura ablui. & impēdio maiore deleri. plenissima autem est peccatoꝝ abolitio qn̄ totius ecclesię una est oro: et una confessio. Si eīm duoꝝ uel triū sancto pioq; cōsensui omnia quę poposcerint: dominus prestanda promittit: quid negabit multorum milium plebi unam obseruantiā pariter exequenti: & per unum spiritum concorditer supplicāti. Magnum est in cōspectū dn̄i dilectissimi ualdeq; pciosum: cum totus populus Christi eisdem instat offitiis: & ī utroq; sexu oīs gradus omnesq; ordiēs eodē cooperantē affectu. Cum in declinando malo ac faciendo bono par cunctorum et una sententia est: cum ī operibus seruorum glorificatur deus: & totius pietatis autori in multarū actione grārum benedicitur. Aluntur esurientes. uestiuntur nudi. uisitātur infirmi. Et nemo quod suum est: querit: sed quod alterius: dum ad releuandam alienam miseriam unicuiq; mēsura sua

ſufficit. Et facile eſt inuenire hilarem datorem: ubi modum operis: ratio temperat facultatis. Per hanc autem dei gr̃am quę operatur om̃ia in omnibus: communis fideliũ fructus et cõmune fit meritum. q̃nquidem poteſt et eorũ par eſſe animus: quoꝝ impar eſt cenſus. & cũ alter de alterius lętat̃ largitate: cui ęquari non potuit impẽdio: ęquatur affectu. Nil in tali populo inornatũ nihilq́ꝫ diuerſum ẽ: ubi ad unũ pietatis uigorem oĩa ſibi totius corporis mẽbra cõſentiũt. nec de ſua tenuitate confunditur: qui de aliorum opulẽtia gloriatur. Decus eĩm uniuerſitatis eſt excellẽtia portionis. et cum dei ſpiritu om̃s agimur non ſolum illa noſtra ſunt: quę ipſi gerimus: ſed etiam illa de quibus in aliorũ actione gaudemus. Amplectamur igitur beatam iſtam ſacratiſſimę unitatis ſoliditatem. & ſollẽne ieiuniũ cõcordante ꝓpoſito bone uoluntatis ineamus. Nihil a quoq̃ arduũ nihil aſperũ querit̃. nec aliquid nobis qđ uires noſtros excedat: indicit̃. ſiue in abſtinentię caſtigatione. ſiue in ęlemoſine largitate. Sciunt ſinguli quid poſſint: quidue nõ poſſint. Ipſi modulũ ſuum pendant. tẽpori iuſta & rõnabili taxatiõe ſe cenſeant ut ſacrifitium miſericordię non cum triſticia offeratur: nec inter damna numeretur. Hoc pio impendatur operi: quod cor iuſtificet: quod conſcientiã lauet: qđ deniq́ꝫ & accipiẽti proſit & danti. Felix q̃dem ille eſt aĩmus: multũq́ꝫ mirabilis: qui facultatum defectionẽ benefatiẽdi amore non metuit. et daturum ſibi eroganda non diffidit: a quo cũ erogaret: accepit. Sed quia cũ magnanimitas iſta paucorũ ẽ plenum etiam pietatis eſt: ut ſuorum curam quiſq́ꝫ non deſerat: nos perfectioribus non pręiudicãtes ea uos regula generaliter exhortamur: ut mandatũ dei ſecundũ poſſibilitatis ueſtrę menſuram operemini. Hilarem enim beniuolentiam eſſe decet: quę ſic ſuam tẽperet largitatem: ut de illa pauꝑum refectio gaudeat: & domeſtica ſufficientia nõ laboret. Qui aũt miniſtrat ſęmẽ ſęminãti & panẽ ad mãducandũ p̃ſtabit et multiplicabit ſęmẽ ur̃m et incremẽta frugũ iuſticię ur̃ę. Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus Sabato autem apud

beatissimum Petrum Apostolum pariter uigilias celebremus. Cuius meritis et orationibus confidimus nobis per omnia m̄iam dei nr̄i esse prestandam: Per dominū nostrum Iesum Christum. Qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo. IIII.

PRedicationem nostram dilectissimi familiaris nobis adiuuat cōsuetudo. et ratio temporis commēdat officium sacerdotis: ne aut onerosum uideat̄: aut arduū quod et preceptum exigit legis: & deuotio temperat uoluntatis: que cū in unum gr̄a dei auxiliante conueniunt: non littera occidit sed spiritus uiuificat. Vbi autem spiritus dei ibi libertas: que legē nō timore exequit̄. sed amore. Obediētia enim mollit imperium. nec dura ibi necessitate seruitur: ubi diligitur: quod iubet̄ Cū ergo uos dilectissimi ad quedam que in ueteri testamento instituta sunt cohortamur: non Iudaice uos obseruātie iugo subdimus: nec cōsuetudinem carnalis populi īdicimus. excellit sup illorum ieiunia cōtinētia Christiana: et si qd nobis atq; illis cōmune est in tēporibus: non concordat in moribus. Habeant illi nudipedalia sua. et in tristicia uultuum ostendāt ociosa ieiunia. nos in nullo ad habitus nostri honestatem dissimiles nec a iustis & necessariis opibus abstinentes edendi licentiā simplici pcitate cohibemus. ut in usu ciborum modus eligatur. nō creatura damnet̄. Quāuis enim unicuiq; urm liberum sit uoluntariis castigationibus pprium corpus afficere: et nūc moderatius nūc uero districtius repugnātes spūi carnales cōcupiscētias edomare: quibusdam tamen diebus ab oībus oportet piter celebrari generale ieiuniū. & tunc est efficacior sanctiorq; deuotio: quando in operibus pietatis totius Ecclesie unus animus & unus ē sensus: publica eīm pferenda sunt ppriis. et ibi intelligenda est precipua ratio utilitatis: ubi uigilat cura communis. Teneant igitur diligentiā suam obseruātie singulorum & contra nequicie spiritalis insidias implorato diuine protectionis auxilio celestia quisq; arma arripiat.

Sed ecclesiasticus miles etiam si specialibus prelìis possit
fortiter facere: tutius tamen & felicius dimicabit si contra
hostem palam in acie steterit: ubi non suis tantum uiribus
certamē ineat: sed sub inuicti regis imperio fraternis con/
sotiatus agminibus bellum uniuersale conficiat. Minore
discrimine plures confligūt: cum hoste q̃ singuli. nec facile
patet uulneri: quem opposito scuto fidei non sua tantum
sed etiam aliorum fortitudo defendit. Vt ubi est una oīm
causa: sit una uictoria. Quia igiẗ aduersarius noster insidiari
nobis diuersa temptationum arte non desinit: et hęc est
uersutiarum eius intentio: ut redemptos Christi sanguine
a mādatis dei possit abducere: omni diligentia p̄cauendum
est: ut nullus inimici iaculis uulneremur. Tela eīm eius non
sunt aspera corporis sensibus. sed nimium carni ut anime
noceant: blandiunẗ. Trahūt oculos ad uarias temptationes:
ut de mundi pulchritudine aut concupiscentię accendanẗ
faces. aut superstitionum gignātur errores. Insidioso enim
sono & mollibus actibus pulsāẗ auditus: ut animi soliditas
illecebrosa modulatione soluaẗ. et in letalium cōsuetudine
suauitatum incauta & parꝝ sobria corda capiantur. sed hos
diaboli dolos inefficaces & irritos faciunt diuinę presidia
gratię. et euangelicę p̄cepta doctrinę. Quoniā q acceperūt
spiritum sanctum: et a quibus timor domini non de pęnę
formidine sed de dei caritate cōceptus est: illeso fidei pede
laqueos talium conterunt captionum. ut creaturarum oīm
pulchritudine ad gloriam & laudem sui utantur autoris.
eumq; diligant super omnia: per quem facta sunt omnia. In
huius admiratione dilectissimi oīm fideliū tendat affectio.
de hoc sibi delectationes non corruptibiles sed ęternales
sapiens continentia petat. et in amorē boni fine quo nullus
est bonus incontaminata castitas inardescat. Ad hoc enim
tradita sunt exercitia Christiana ut resecata omni illicita
uoluptate in sanctas & spiritales delicias ęstuemus. et cum
nos oporteat semper studere uirtutibus quidam tamē dies
sunt ad castigationem communis obseruantię consecrati:

ut anima quę terrenis adhuc desideriis implicatur: & curis seculi impeditur: ex interuallo saltem ad diuina respiret. Et quia portio diuini agri ē: dignos cęlestibus horreis afferat fructus. Ibi eīm spes est metendi. ubi fuerit diligētia semi- nandi. His dilectissimi ad profectū uestrum pro temporis occasiōe perstrictis ieiunium uobis septimi mēsis īdicimus. in quo uos non solum de ciborum abstinentia. sed etiam de pietatis operibus commonemus: ut quod uestris usibus religiosa parcitate subtrahitis ī alimoniam pauperum et in cibos debilium transferatis. Omnibus qdem indigentibus generali beniuolētia cōsulētes. sed maxime eorū memores. qui sunt de mēbris corporis Christi & nobis catholicę fidei unitate copulanē. Plus enim debemus nostris pro cōsortio gratię q̃ alienis pro communione naturę. Abundet ergo in nobis dilectissimi benignitas xpiana. & sicut recurrētia anni tēpora desideratis ut plena sint fructibus: ita & corda ur̃a pascēdis sint fęcunda pauperibus. qbus utiq; potuit deus cuius sunt omnia: necessariam conferre substantiam: & tales eis tribuere facultates: ut ī nullo ur̃is largitōibus īdigerēt. sed et illis & uobis multa uirtutum materia defuisset: si nec illos ad patientię coronam inopia exerceret: nec uos ad mię gloriam inopia ꝓuocaret. Mirabiliter autē ꝓuidētia diuina disposuit: ut essent in Ecclesia & scī paupes: et diuites boni: qui inuicem sibi ex ip̃a diuersitate ꝓdessent. cū ad ęterna & incorrupta pręmia ꝓmerēda. deo gr̃as agerent accipiētes: & deo gr̃as agerēt largientes: qm̄ sicut scriptū ē: & patiētia pauperꝝ non peribit in ęternū: et hilarē datorē diligit deus: Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatissimū Petrū Aplm̄ uigilias celebremus: sperantes nos ita eius orōnibus adiuuandos: ut deus misericordiaꝝ ieiunii nr̄i sacrifitio placatus exaudiat. Per xp̄m dn̄m nr̄m Amen.

## De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo. V.

SAcratum dilectissimi in septimo mēse ieiuniū ad cōis deuotionis exercitiū prędicamus. fidenter uos prīnis

cohortationibus incitantes ut quod fuit ante Iudaicum: uestra fiat obseruantia Christianum. Est enim omni tēpore aptum & testamēto utriq; conueniens: ut p castigationem mentis et corporis misericordia diuini quęrat. quia nihil est efficatius ad exorandum deum: q̃ ut homo ipse se iudicet et nunq̃ desinat a uenia postulāda qui se scit nunq̃ esse sine culpa. Habet eīm hoc in se generaliter humana natura: non a creatore insitū: sed a p̄uaricatore cōtractū: & in posteros generali lege transfusum: ut de corruptibili corpore et q̃d animam corrūpere possit: oriat̃. hinc interior homo si tamē iam in xp̄o regeneratus & a uinculis captiuitatis est erutus: assiduos habet cū carne conflictus. & dū cohibet cōcupiscentem patit̃ repugnantē. In q̃ discordia non facile obtinet̃ tam perfecta uictoria: ut etiam quę sunt abrumpenda non alligent. & quę sunt interfitienda non uulnerent q̃tulibet sapienter & prouide iudex aīmus suis exterioribus pręsit. Inter ip̄as tamē curas atq; mēsuras regēdę carnis et alēdę: nimis ei semper uicina temptatio est. Quis enim ita se aut a uoluptate corporis aut a dolore seiūgit: ut ad ipsam mentem non pertineat: q̃d extrinsecus aut blandit̃: aut cruciat. Indiuisum est gaudium. indiscreta tristicia. nihil in homine iracūdia nō accēdit. nihil lęticia nō resoluit. nihil ęgritudo non afficit. Et quę illic declinatio potest esse peccati: ubi passio est et regentis & subditi? Merito dn̄s protestat̃: q̃d spiritus quidem promptus est: caro autē infirma: & ne usq; ad inertem desidiā desperatione ducamur: quę impossibilia sunt hōi ex imbecillitate propria possibilia spondet uirtute diuina. Angusta eīm & arta ē uia quę ducit ad uitā. et nemo in ea gressus ferret: nemo uestigium promoueret: nisi difficiles aditus ipse se Christus uiā faciendo referaret. ut autor itineris fiat possibilitas ambulantis. qa idem et introducit ad laborem & perducit ad requiem. In quo ergo nobis spes ē ęternę uitę in eodē est forma pacīetię. Si eīm cōpatimur: et conregnabimus. q̄m ut apostolus ait: q̃ se dicit in Christo manere: debet sicut ille ābulauit: et ipse ambulare. alioquin

falsę ꝓfessionis imagine utimur: si cuius nomine gloriamur: eius instituta nō sequimur. que utiq; nobis onerosa nō essent: et ab oībus ꝑiculis liberarēt: si nihil aliud q̄ quod amandum iubet: amaremus. Duo nāq; amores sunt ex quibus omnes ꝓdeunt uoluntates: ita diuersę qualitatibus: sicut diuidunt autoribus. rōnabilis enim animus q sine dilectione esse non potest: aut dei amator est: aut mundi. in dilectione autem mundi cūcta sunt noxia. et ideo ęternis bonis inseparabiliter inherendum. tēporalibus uero transeunter utēdum est: ut peregrinantibus & ad patriā redire properātibus. Quicqd de prosperitatibus mundi huius occurrerit: uiaticum sit itineris: non illecebra mansionis. ideo beatus Apostolus predicat dicēs. Tempus breue est: reliquū est: ut qui habent uxores: tanquam non habentes sint. et qui flent: tanquam non flentes. et qui gaudent: tanquam non gaudētes. et qui emunt: tanq̄ non possidentes. et qui utuntur hoc mundo: tanq̄ non utantur. Preterit enim figura mundi huius. sed quod de specie de copia de uarietate blanditur: non facile declinat. nisi ĩ illa uisibilium pulchritudine creator potius q̄ creatura diligatur. Qui cū dicit: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota mente tua & ex tota uirtute tua: ĩ nullo nos uult ab amoris sui uinculis relaxari. et cum huic precepto proximi quoq; copulat caritatem: imitationem nobis suę bonitatis indicit. ut quod diligit: diligamus. et quod operatur: operemur. Quamuis enim dei agricultura simus: et dei ędificatio: et neq; qui plantat sit aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus: in omnibus tamen exigit nostri ministerii seruitutem. et nos dispensatores suorum uult esse donorum. ut qui fert dei imaginem: dei faciet uoluntatē. Propter quod in oratione dominica sacratissime dicimus adueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua sicut in cęlo & in terra. quibus uerbis quid postulamus aliud q̄ ut deus quem necdum sibi subdidit: subdat. et sicut ĩ cęlo angelus ita & ĩ terra hoīes ministros suę faciat uoluntatis. hoc autem petentes amamus deum.

et proximum . et non diuersa in nobis sed una dilectio est. quando & seruum seruire: et dn̄m cupimus imperare. hic igitur affectus dilectissimi quo amor terrenus excluditur: bonorum operum cōsuetudine roboratur. quia necesse est ut bonis actibus conscientia delectetur: et libenter faciat: quod fecisse se gaudeat. Assumitur igit̄ ieiuniū. multiplicat̄ largitio. iusticia custodit̄. frequentat̄ orō. fitq; ut singulorum desiderium sit unum oīm uotum. nutrit pacientiam labor. mansuetudo extinguit iram. beniuolentia calcat inuidiam. immunde cupiditates sanctis desideriis enecantur. auaricia liberalitate depellitur. et onera diuitiarum fiunt instrumenta uirtutum. sed quia insidie diaboli etiam inter talia studia non quiescunt: rectissime ī quibusdam articulis temporum uigoris est nostri reparatio instituta. ut ubi de clementia celi & ubertate agri potest mens presentium bonorum auida gloriari: et in ampla horrea fructibus congregatis aīe sue dicere: habes multa bona: epulare: ibi q̄ndam īcrepationem diuine uocis accipiat: audiatq; dicentem stulte hac nocte reposcam animam tuā a te. que aūt preparasti: cuius erunt. Hec solicitissima meditatio dēt esse sapientis: ut quoniam breues dies istius uite & incerta sunt spatia nunq̄ sit mors morituro improuisa. nec inordinatum incidat finem: qui se nouit esse mortalem. Quod ergo & sanctificationi corporum & reparationi ꝓsit animarum: quarta & sexta feria ieiunemus: sabbato autem apud beatissimum Petrum Apostolum uigilias celebremus eius orōnibus adiuuādi: ut sanctorum desideriorum consequamur effectum per Christum dn̄m nr̄m. Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo. VI.

DEuotionem fidelium dilectissimi nihil est in quo prouidentia diuina non adiuuet. Siquidem exercēdis ad sanctimoniam mentibus atq; corporibus ipsa quoq; mundi elementa famulant̄: dum dierum ac mēsium distincte uariata reuolutio quasdā nobis paginas aperit preceptorum: ut quod sacra admonēt instituta: hoc quodā mō loquant̄ & tēpora.

Vnde cum ſeptimum mēſem nobis anni recurſus attulerit: non ignoro obſeruantiam ur̄am ab celebrandum ſollemne ieiuniū ſpiritaliter incitari: qm̄ experiendo didiciſtis q̄tum hęc preparatio & exteriora et interiora hominū purificet ut cum a licitis abſtineat̄: facilius illicitis reſiſtat̄. Cōtinētię autē ratio dilectiſſimi non in ſola caſtigatōe corpoꝝ nec in diminutione tantum habet̄ ęſcarum. Maiora enim uirtutis iſtius bona ad illā aīmę pertinēt caſtitatem: quę non ſolum carnis concupiſcētias cōterit: ſed & mūdanę ſapiētię uana contemnit dicente Apoſtolo. Videte ne quis uos decipiat per philoſofiam. & inanem fallatiam ſcd̄m traditionē hōim. Continendū ergo eſt a cibis. ſed multomagis ab erroribus. ieiunādum ut mēs nulli carnali dedita uoluptati: nullius ſit captiua mendacii. qa ſicut in preteritis ita et in nr̄is diebus non deſunt ueritatis inimici: qui intra catholicam eccleſiam mouere audeāt bella ciuilia. ut ī cōſenſum impioꝝ dogmatum imperitos quoſdam ducentes ſibi glorient̄ accreſcere: quod a Chriſti corpore potuerint ſeparare. Quid eīm tam aduerſatur Prophetis: tam repugnat ęuangeliis: tam deniq; eſt apoſtolicę rebellis doctrinę: q̄ ī domino Ieſu Chriſto ex Maria uirginę genito & ſempiterno patri intemporaliter coęterno unā et ſingularem predicare naturā. Quia ſi hōis tantū intelligēda eſt: ubi ē quę ſaluat deitas? ſi tantūmodo dei ubi eſt quę ſaluatur humanitas? fides autem Catholica quę omnibus reſiſtit erroribus etiam ſimul iſtas impietates refutat: damnans Neſtoriū diuina ab homine diuidētem. deteſtās Euthycem in diuinis humana uacuātem. qm̄ ueri dei filius deus uerus unitatē & ęqualitatē habens cū patre et ſpiritu ſcō idem uerus homo eſſe dignatus eſt. nec conceptu uirginis matris eſt ſeiunctus a carne. nec partu. ſic hūanitatem ſibi uiuens ut deus incōmutabiliter p̱maneret. ſic deitatē hōi impartiens: ut eū glorificatione non conſumeret: ſed augeret. Qui eīm ē factus forma ſerui forma dei eſſe nō deſtitit. nec alter cum altero ſed unus in utroq; eſt: ut ex quo uerbum caro factum eſt: nullis diſpenſationum

uarietatibus fides nostra turbetur. sed siue in miraculis uirtutum siue in contumeliis passionũ et deum qui homo est: et hominẽ credimus esse: qui deus est. Hanc confessionem dilectissimi toto corde ꝓmentes impia hereticoꝝ cõmenta respuite: ut ieiunia & elemosinę uestrę nullius erroris contagione polluantur. Tunc eĩm et sacrificii mũda est oblatio et misericordię sancta largitio: qñ ii qui ista depẽdũt: quid operentur intelligunt. Nam dicẽte dño: nisi mãducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius saguinẽ: nõ habebitis uitam in uobis: sic sacrę mẽsę communicare debetis: ut nihil prorsus de ueritate corporis Christi & sanguinis ãbigatis. hoc enim ore sumitur: quod fide creditur. & frustra ab illis amen respõdetur. a qbus cõtra id qđ accipitur disputatur. Dicente autem propheta: beatus qui itelligit super egenum et pauperem: Ille circa pauperes uestimentorũ et ciborum laudabilis distributor est: qui se Christum indigentibus et uestire nouit: & pascere. qm̃ ut ipse ait: q̃diu uni fecistis de fratribus his meis mihi fecistis. Verus itaq; deus et uerus homo unus est Christus diues in suis. pauper in nr̃is. dona accipiẽs & dona diffundens. Particeps mortalium. et uiuificatio mortuorum: ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur cęlestium terrestrium & infernoꝝ. et õnis lingua confiteatur: quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris uiuens & regnãs cum sancto spũ in sęcula sęculorũ Amen.

## DE IEIVNIO SEPTIMI MENSIS EIVSDEM SERMO. VII.

APostolica institutio dilectissimi quę dominum Iesum Christum ad hoc uenisse in hunc mundum nouerat: ut legẽ non solueret: sed ipleret: ita ueteris testamẽti sacramenta distinxit: ut quedã ex eis sicut erãt cõdita euãgelicę erudicioni profutura decerperet: & quę dudũ fuerãt consuetudinis iudaicę: fierent obseruantię xp̃ianę. Quãuis eĩm uarietates hostiaꝝ differentię baptismatũ & ocia sabbatoꝝ cum ip̃a carnis circoncisiõe cessauerint: manẽt tamẽ ex ip̃is uoluminibus et apud nos ꝑcepta plurima moralia. Et cum

inde dicatur diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et diliges proximum tuum sicut teipsum Christo dn̄o dicente cognouimus: q̄ꝫ in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetę. Tantaq; est sub huius geminę caritatis edicto utriusq; copula testamēti: ut sine istaꝝ connexione uirtutū nec lex quenq̄ inueniat iustificasse nec gratia. Illę quoq; partes legaliū mandatoꝝ ex q̄bus quędā pręcipiunt ut fiant: quędā interdicunt: ut nō fiant: antiquę autoritatis retinent firmitatem. nec ideo eis euangelica putanda est aduersa perfectio: quia & uirtutum studia ad uoluntaria incitant augmenta: et ultiones criminū penitentię remediis relaxantur. dicit enim dn̄s: nisi abundauerit iusticia uestra plus q̄ scribarū & pharisęoꝝ non intrabitis in regnū cęloꝝ: quomodo ergo abundauit iusticia nisi superexaltet mīa? et quid tam ęquū quidue tam dignū est: q̄ ut creatura ad imaginem & similitudinē dei cōdita suum imitet autorem: qui reparationē sanctificationūq; credentium in peccatoꝝ remissione cōstituit: ut remota seueritate uindictę omniq; cessante supplicio reos innocentię redderetur: et finis criminum fieret: origo uirtutum? Quid igitur dilectissimi ex ueteris predicatione doctrinę ad purificatiōem animarum corporumq; nostrorum ieiunium. septimi mēsis assumimus: non legalibus nos oneribus subicimus: sed utilitatem continentię quę Christi euangelio seruit: amplectimur. quia in hoc potest super scribas & pharisęos Christiana abundare iusticia: non euacuando legem sed intelligentiā refutando carnalē. nec enim talia nostra debent esse ieiunia q̄lia erant illoꝝ quibus Esaias Propheta de spiritu sancto ī se loquēte dicebat: Neomenias uestras & sabbata & diem magnū non sustineo. ieiunium & ferias & dies festos ūros odit anima mea. Vnde dominus ieiunandi formam discipulis tradens: Cū ieiunatis inq̄t nolite fieri sicut hypocritę tristes exterminant eīm facies suas ut appareāt hominibus ieiunantes. Amen dico uobis: receperūt mercedē suā. quam mercedē? nisi laudis humanę? ꝑpter cuius cupiditatē iusticię species

plerunq; pretendit. et ubi nulla est cura consciētię amatur falsitas famę. ut iniquitas quę occultatione arguit mēdacii opinione letetur. rationale itaq; sanctumq; ieiunium nulla laudis ostentationisq; iactātia polluatur. nec bonum suum quisq̄ fidelium de humanis uelit pēdere iudiciis Diligenti deū sufficit ei placere: quē diligit. qa nulla maior expetēda est remuneratio: q̄ ipa dilectio. Sic eim caritas ex deo est. ut deus ipse sit caritas. Quod utiq; pius & castus ita gau/det aīmus implere: ut in nullo extra illum cupiat delectari. Verū nanq; est: qd dicit dn̄s: ubi thesaurus tuus: ibi et cor tuum. Quis aūt est thesaurus hōis nisi quędā fructuū eius congregatio: laborumq; collectio? Quod enim seminauerit quis: hoc & metet. & quale cuiusq; opus: talis est et questus et ubi delectatio fruendi constituit: ibi cura cordis obstri/gitur. Sed cū multa sint genera diuitiarū: dissilesq; materię gaudiorū thesaurus cuiq; est sue cupiditatis affectus: qui si de appetitu est terrenorū nō beatos facit sui pticipatōe sed miseros. ii uero qui ea quę sursum sunt sapiunt: nō quę super terram: nec perituris intenti sunt: sed ęternis in illo habent incorruptibiles reconditas facultates: de quo dicit Propheta: Thesaurus et salus uestra aduenit sapientia et disciplina et pietas a dn̄o. hi sunt thesauri iusticię per quos auxiliante dei gr̄a etiā terrena bona in cęlestia trāsferunt: dum multi diuiciis aut iuste sibi relictis aut aliter acq̄sitis ad instrumentū pietatis utuntur. Cunq; ad sustentatiōem pauperū quę possunt exuberare distribuūt cōgregant sibi inamissibiles facultates: ut quod addiderunt in ęlemosinis nullis possit subiacere dispendiis. & digne ibi habent cor: ubi habent thesaurū suum. quia tales diuicias suas dignum et beatissimum est excercere: ut crescant: & nō timeret ne pereant. Operantes igitur dilectissimi quod bonum est ad omnes: maxime aūt ad domesticos fidei septimū mēsem ab initio mysticum propter septiformē sp̄m & ipo sui ordinis numero consecratū cōtinētię fructibus deputātes. Quarta et sexta feria ieiunemus. Sabbato aūt apud beatū Petrum

uigilias celebremus: cuius nobis oratiões suffragabuntur et merita: ut quãtuncũq; fidelibus tribuitur bonũ uelle tãtum donetur et posse. Per dñm nrm Iesum xpm filium tuum. Qui tecum uiuit et regnat in sęcla sęcula sęculorũ Amen.

## DE IEIVNIO SEPTIMI MENSIS EIVSDEM SERMO. VIII.

[O]Mnis dilectissimi diuinorũ eruditio pręceptorũ hoc maxime agit: apud corda credẽtium ut amor prauus recto amore superet, & delectatione iusticię peccãdi cupiditas destruat: dicente scrptura. Post concupiscentias tuas non eas. et a uoluntate tua mala auertere. Cum aũt in aĩmis hominũ multę bonę concupiscentię sint: & laudabiles uoluntates: quid est qđ iubetur: ut nostris non consentiamus affectibus: nisi q ab illa concupiscentia prohibemur: et ab illa uoluntate reuocamur: cuius ortus ex nobis est: & ideo mala pronũciat: quia nostra esse conuincit. Ad distinctiões igitur concupiscentiarũ quę sunt ex deo: bene hõi dictum est: Post concupiscentias tuas non eas. ut quas cognouerit proprias: sciat esse uitandas. Merito ergo dominus uoluit in oratione quam tradidit: nos ad deum dicere: fiat nolũtas nostra: sed fiat uolũtas tua. Non illa quam caro incitat: sed quam spiritus sanctus inspirat. Vnde autẽ hoc desiderium conceptum sit: cui semper debeat repugnari: nõ difficulter intelligunt: qui se filios Adę esse nouerũt. et peccante hũani generis patre non dubitant in propagine uiciatum esse: qđ est in radice corruptum. Quãuis autem p grãm dñi nostri Iesu Christi in nouam creaturam transierimus ex ueteri: et imaginem terreni hõis homo cęlestis exuerit: donec tamẽ corpus mortale gestamus: necesse est ut cõtra carnis desideria dimicemus. bonũ est enim animę deo subditę timere ne cadat. & habere quod uincat: qm̃ uirtus in infirmitate perficitur. & quod nos exercet continẽtia: hoc perducit ad gloriam. Abstinẽdum itaq; est dilectissimi ab his quę nobis noxie blandiuntur. & lex peccati quę est in membris nostris dei lege superanda est: ut licet per omnes sensus corporis

multę insidient illecebrę aīmus tamen cui summum bonum et uerum gaudiū deus est: inter castas spiritalesq; delicias in sapientię latitudine & in ueritatis luce uersetur. Si enim seipsum sibi rōnalis homo comparet: omesq; suorū actuum qualitates uera inspectione diiudicet: nūquid inītimis suę conscientię hoc delectatiōis inueniet de iniqtate cōmissa: quod de ęquitate seruata? aut tantū ei iocūditatis carnalis uoluptas quantū spiritalis pariet appetitus? Nihil prorsus de uirtutum splendore attingit: nihil de suauitate pietatis gustat: q magis uult sordescere in iis quę immūda sunt: q̄ in iis splendere: quę scā sunt. Non sinit ratio ut in cordibus non usquequaq; captiuis ita placeat satiata ira: ut remissa uindicta. aut tantū generet gaudiū mala quesita de alieno: q̄tum bona expensa de proprio. Felicior semper est parca tēperantia: q̄ ꝓfusa luxuria. maiorq; est lux hominibus humilibus: q̄ superbis. & sublimior mens quę inter prohibita atq; permissa certius habet sperare cęlestia: q̄ amare terrena. Vt autem in hoc prouectu aīmus religiosus excellat: et ius suę dominationis obtineat: subigēdo corpori castigatio est adhibenda ieiunii. Quod licet generali nomine ad omnem continentiam pertinere uideatur: proprie tamen ad edēdi diminutionem refert. ut prosit nunc uoluntate nō sumere quod ab initio cōtra uetitum nocuit usurpasse. ut sicut illic concupiscētia uulneri ita hic abstinētia sit saluti. Cui medicinę dilectissimi cum omne tempus sit congruum: hoc tamen habemus aptissimū: qd̄ aplicis & legalibus institutis uidemus electum. ut sicut in aliis anni diebus ita in mense septimo spiritalibus nos purificatiōibus emūdemus. Conuenientibus autem in unum propositū tribus studiis orōne scilicet & elemosina atq; ieiunio p̄stabit nobis a misericorde deo & cohibito cupiditatū: et exauditio precū: et remissio peccatorum. Per dominum nostrum Iesum Christum. Qui uiuit & regnat in sęcula sęculorum Amen.

## De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo. VIII.

Scio quidem dilectissimi plurimos uestrum ĩ iis quę ad obseruantiam Christianę fidei pertinẽt: esse deuotos. ut nostris cohortationibus non ĩdigeant admoneri. Quod enim dudũ & traditio decreuit: et cõsuetudo firmauit: nec eruditio ignorat: nec pietas ꝑtermittit. Sed qa sacerdotalis offitii est erga oẽs Ecclesię filios curam habere cõmunem: ad id qđ & rudibus prosit et doctis: quos simul diligimus: pariter incitamus: ut ieiunium quod nobis septimi mensis recursus indicit: fide alacri ꝑ castigatioñe aĩmi et corporis celebremus. Quanuis enim diminutĩo cibi carnem proprie uideat afficere: nihil tamẽ corporeis sensibus uel concedit uel negatur: quod non sicut ad seruientem ita pertineat ad iubentem. Cum itaq; unusquisq; homo duplicẽ in se legem habeat continẽtię: nihilq; actionũ nostrarũ ad solũ corpus multa autem ad solum referenda sint animum: prudenter debemus aduertere q̃ indecens quãq; iniustum sit: si quod a superiore indicitur: ab inferiore negligatur. Vt aũt mens rationalis salubriter exteriora castiget: debet etiã propria exercere ieiunia. quia non solum carnis desideriis sed etiam animi cupiditatibus conuenit repugnare: dicẽte scriptura Post concupiscentias tuas non eas: & a uoluntate tua mala auertere. Ieiunans ergo ab iis quę caro appetit: ieiunet et ab iis quę male interior substantia concupiscit. pessimus enim animę est cibus: uelle quod non licet. & noxia cordis delectatio ẽ: quę aut turpi lucro pascit̃: aut sup̃bia extollit̃. aut adulatione lętatur. Quanuis enim his affectibus motus quoq; corporis seruiant: ad originem tamen suam cuncta respiciunt: & ibi censetur qualitas actionis: ubi inuenitur initium uolũtatis. quã reuocare a prauis desideriis optimũ maximumq; ieiunium est: quia tunc est edendi abstinentia fructuosa: cũ exterior parcitas a tẽperãtia iteriore ꝓcedit. Celebraturi igitur dilectissimi uerum & spũtale ieiunium quod et corpus & animum sui puritate sanctificet: cordis nostri secreta rimemur. & quibus rebus aut contristentur: aut gaudeant iusto discutiamus examine. Ac siquis amor

uanę glorię si qua radix auaritię si quod inest uirus īuidię: nihil talium anima sumat ęscarū. sed uirtutū intenta deliciis cęlestes epulas terrenę preferat uoluptati. Agnoscat homo sui generis dignitatē. factūq; se ad imaginē et similitudinē sui creatoris ītelligat. nec ita de miseriis quas ꝑ peccatum illud maximum & commune incidit: expauescat: ut non se ad misericordiam sui autoris attollat. Ipse eīm dicit: Sancti estote: qm̄ ego sanctus sum. hoc est me diligite: et ab iis quę mihi displicēt: abstinete. facite. quod amo. amate: quod fatio. Et cum uideť difficile esse: quod iubeo: ad iubentem recurrite. ut unde datur preceptū: pręsteť auxilium. Non negabo opem: qui tribui uoluntatem. ieiunate ab aduersis. abstinete a cōtrariis. Ego sum cibus uester & potus. nemo ea quę mea sunt: efficaciter concupiscit. Qui enim ad me tendit: ex mei participatione me querit. His dilectissimi cohortatiōibus quibus nos ad bona incommutabilia et ad gaudia inuitat ęterna. plenę sunt omnes diuinarum paginę līarum. et ab hoc nobiscū agit testamēti utriusq; doctrina: ut inhęreamus ueris. et cōtineamus a uanis. Non eīm comprehendi potest quod promittitur: nisi custoditum fuerit: quod iubetur. Quid iustius q̄ ut homo cuius fert imaginē: faciat uoluntatem. et per abstinentiam cibi ieiunet a lege peccati? Ideo enim ipsa continentię obseruantia quattuor est assignata temporibus. ut in ipsum totius anni. redeunte decursu cognosceremus nos indesinenter purificationibus indigere: semperq; esse nitendum dum huius uitę uarietate iactamur: ut peccatum qđ fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur: ieiuniis atq; elemosinis deleatur. Esuriamus paululum dilectissimi: et aliquātulū qđ iuuādis possit prodesse pauperibus nrę consuetudini subtrahamus. delectetur conscientia benignorum fructibus largitatis. et gaudio tribuens quo es lętificādus accipies. Dilectio ꝓximi dilectio dei est. qui plenitudinem legis & prophetarum in hac geminę caritatis unitate cōstituit: ut nemo ambigeret: deo se offerre qđ homini contulisset: dicēte dn̄o saluatore

cum de alendis iuuandisq; pauperibus loqueretur: Quod uni eorum fecistis: mihi fecistis. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatum Petrū Apostolum uigilias celebremus: cuius nos meritis & orationibus credimus adiuuādos: ut misericordi deo ieiunio nr̄o et deuotiōe placeamus. Per dominū nostrum Iesum Christum qui uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM LECTIO SANCTI EVANGELII SECVNDVM MATTHEVM.

N illo tēpore uidens Iesus turbas: ascendit in montē et cum sedisset: accesserūt ad eū discipuli eius. Et reliqua.

OMELIA BEATI LEONIS PAPE EIVSDEM LECTIONIS.

P Redicante dilectissimi domino nostro Iesu Christo Euangeliū regni & diuersos per totā Galileā curante languores in omnē se Syriam uirtutum eius fama diffuderat. et multę ex uniuersa Iudea turbę ad cęlestem medicum confluebant. Quia enim tarda est humanę ignorantię fides ad credenda quę non uidet: ad speranda quę nescit: oportebat diuina eruditione firmandos corporeis benefitiis et uisibilibus miraculis icitari: ut cuius tā benignā experiebātur potentiam: non ābigerent salutarē esse doctrinam. Vt ergo exteriores medelas dn̄s ad remedia īteriora transferret: et post sanitates corporum curationes operaretur animarum. Segregatus a circunstantibus turbis secessum uicini mōtis ascendit: aduocatis apostolis quos sublimioribus institutis ab edito mystice sedis imbueret: ex ipsa loci atq; operis qualitate significans se esse qui Moysem quōdam suo dignatus fuisset alloquio: illic quidem terribiliore iustitia: hic autem sacratiore clemētia: ut impleret qd̄ fuerat propheta Hieremia dicente promissum: Ecce dies ueniunt: dicit dn̄s: et consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentū nouū. Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in sensu ipsorum scribam eas. Qui ergo loquutus fuerat

Moysi loquutus est & Apostolis. et ĩ cordibus discipulorum uelox scribentis uerbi manus noui testamenti decreta condebat: nulla ut quondam circunfusa nubiũ crassitudine: neque per terribiles sonos atque fulgores populo ab accessu mõtis absterrito: sed patente ad aures circunstãtium trãquillitate colloquii ut per gratię lenitatem remoueretur legis asperitas et spiritus adoptiõis auferret formidinẽ seruitutis. Qualis igitur doctrina sit xpi: sacrę ipsius sententię protestantur: ut qui ad ęternam beatitudinẽ peruenire desiderant: gradus felicissimę ascensionis agnoscãt. Beati inquit pauperes spũ: quoniam ipsorum est regnum celorum. De quibus pauperibus ueritas loqueretur: forte esset ambiguũ. si dicẽs beati pauperes: nihil adderet de intelligẽda pauperũ qualitate. et sufficere uideretur ad promerendum regnum cęlorũ: ea sola inopia quam multi sub graui et dura necessitate patiuntur. Sed cum dicit: beati pauperes spiritu. ostendit eis regnum cęlorum tribuendum: quos humilitas commendat aĩorum: magis quam indigentia facultatum. Dubitari autem non potest: quod humilitatis istius bonũ facilius pauperes quam diuites assequantur dum & illis in tenuitate amica est mansuetudo: et istis in diuitiis familiaris elatio. Veruntamẽ & in plerisque diuitibus inuenitur ut animus qui abundantia sua nõ ad tumorẽ superbię sed ad opera benignitatis utatur. idque pro lucris maximis numeret: quod ad releuandã miseriã alieni laboris impẽderit. Omni generi atque ordini hoĩm datur in hac uirtute cõsortium: qui possint proposito esse pares: & impares censu. Nec interest quãtum sint in facultate terrena dissimiles: qui in spiritalibus bonis inueniuntur ęquales. Beata igitur illa paupertas quę rerum temporalium amore nõ capitur. nec mundi opibus augeri appetit. sed cęlestibus bonis ditescere concupiscit. Huius nobis magnanimę paupertatis exẽplum primi post dominum Apli prebuerũt. qui oĩa sine differẽtia relinquẽtes ad uocem cęlestis magistri a captura piscium in piscatores hoĩm alacri conuersione mutati sunt. et multos sui similes fidei suę imitatiõe fecerunt. quando in illis primitiis Ecclesię unũ

cor omnium et aīa una erat credētium: qui uniuersis suis rebus possessionibusq; distractis p deuotissimā paupertatem bonis ditabātur eternis. et ex Apostolica predicatiōe gau/debant nihil habere de mundo. & omnia possidere cū xpo. Hinc beatus Petrus Apostolus cum ascendens in templū a claudo elemosinam posceret: Argentū inqt & aurum non est mecum. quod autem habeo: hoc tibi do. In nomine Iesu xpi Nazareni surge. et ambula. Quid hac humilitate sub/limius? quid hac paupertate locupletius? nō habet presidia pecunię. sed habet dona naturę. quem debilē edidit mater ex utero: sanū fecit Petrus ex uerbo. & q imaginē Cesaris in nummo nō dedit: imaginem Christi in hoīe reformauit. Huius aūt thesauri opibus nō solū ille adiutus ē: cui gressus est redditus: sed etiam quiq; milia uirorum qui tunc ad ex/hortationē Apostoli eiusdē curatiōis miraculū crediderūt. Et ille pauper qui non habebat quod petēti daret: tantam dedit diuinę gratię largitatē: ut queādmodum unū hoīem redintegrarat in pedibus: sic tot milia credētium sanaret in cordibus: faceretq; eos in Christo alacres: quos in Iudaica perfidea inuenerat claudicantes. Post predicationem huius felicissimę paupertatis addidit dñs dicens. Beati qui lugēt: qm̄ ipsi consolabunt̄. Luctus hic dilectissimi cui cōsolatio eterna promittit̄: non est cum mundi huius affectiōe cōis. Nec beatum quenq̄ faciunt ista lamenta: quę totius hūani generis deploratione funduntur. Alia ratio est sanctorum gemituū. alia beatarū causa lachrymarū. Religiosa tristicia aut alienum peccatum luget: aut proprium. Nec de hoc dolet: quod diuina iusticia agit: sed de eo meret: qd hūana iniquitate committitur. ubi magis plangendus est faciens maligna: q̄ patiens. qa iniustū malitia sua mergit ad penam. iustum aūt tolerantia ducit ad gloriā. Deinde ait dominus. Beati mites: qm̄ ipsi hereditate possidebunt terrā. Mitibus atq; mansuetis humilibus ac modestis et ad oīm iniuriarum tolerantiā preparatis possidēda terra pmittit̄. Nec pua est estimāda hec aut uilis hereditas: tanq̄ a celesti habitatione

discreta sit. cum regnum celorum non alii intelligant intrare.
Terra aut promissa mitibus et in possessionē danda mansuetis
caro sanctorum est: que ob humilitatis meritum felici resur-
rectiōe mutabit. & immortalitatis gloria uestietur. in nullo
iam spiritui futura contraria. & cum uoluntate aīmi pfecte
unitatis habitura consensum. Tunc eīm exterior homo in-
terioris hominis erit qeta et intemerata possessio. tunc mēs
uidendo deo intenta nullis corporee infirmitatis impediet
obstaculis. nec iam dici necesse erit: corpus qd corrūpitur
aggrauat animam. et terrena inhabitatio deprimit sensum
multa cogitantē. Quoniam habitatori suo non reluctabitur
terra nec īmoderatū aliqd cōtra īperiū sui rectoris audebit.
Possidebūt eīm illā mites pace ppetua. et nihil unq de eorum
iure minuet. Cū corruptibile hoc īduerit incorruptionē. et
mortale hoc īduerit īmortalitatem. ut periculū uertatur in
premiū. et qd fuit oneri: sit honori. Post hec addidit dn̄s: et
dicit. Beati q esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipi saturabuntur.
Nihil hec esuritio corporeū nihil expetit sitis ista terrenū.
sed iusticie bono desiderat saturari. et in omnium oculorū
introducta secretū ipo dn̄o optat īpleri. Felix mēs que hūc
concupiscit cibum. & ad talem estuat potū. quem utiq non
expeteret: si nil de eius suauitate gustaret. Audiens autem
dicētem sibi propheticum spiritum: Gustate et uidete qm̄
suauis est dominus: accepit quandam superne dulcedinis
potionem. & ī amorē superne uoluptatis exarsit. ut spretis
omnibus temporalibus ad edendum bibendumq iusticiam
toto accenderet affectu. & illius primi mandati apprehen-
deret ueritatem dicentis: diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo & ex tota mente tua et ex tota uirtute tua
qm̄ nihil ē aliud diligere deū q amar iustitiam. deniq sicut
illic dilectioni dei pximi cura subiūgit: ita & hic desiderio
iusticie uirtus misericordie copulat. & dicitur. Beati mise-
ricodes: qm̄ ipsorum miserebitur deus. Agnosce xpane tue
sapientie dignitatem. & qualium disciplinarum artibus ad que
premia uoceris. ītellige. Misericordē te misericordia iustū

uult te esse iusticia.ut ĩ creatura sua creator appareat.et in speculo cordis humani per lineas imitationis expressa dei imago resplendeat. Secura esto operantium fides aderunt tibi desideria tua & iis amas:sine fine potieris. Et qm̃ tibi p elemosinam omnia munda sunt:ad eam quoq; beatitudinẽ quę consequenter est promissa peruenies dicente domino. Beati mundo corde qm̃ ipsi deũ uidebũt. Magna felicitas dilectissimi cui tãtum premium preparatur. Quid ergo est habere cor mundum: nisi eis quęsupradictę sunt: studere uirtutibus: uidere autem deũ quantę sit beatitudinis quę mens cõcipere quę lingua ualeat explicare: Et tamen hoc cõsequetur cum trãsformabitur humana natura: ut nõ iam per speculum in enygmate sed facie ad faciem ipãm quam nullus hominũ uidere potuit:sicuti est: uideat deitatem. Et quod oculus nõ uidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis ascendit: per ieffabile gaudium ęterne cõtemplationis obtineat. merito hęc beatitudo cordis promittitur puritati. Splẽdorẽ eius ueri lumĩs sordẽs acies uidere nõ poterit.et qđ erit iucũditas mẽtibus nitidis:hoc erit pęna maculosis. Declinentur igitur terrenarum caligines uanitatum. & ab omni squalore ĩiquitatis oculi tergant̃ ĩteriores:ut serenus intuitus tantum dei uisione pascat̃. Ad hoc eĩm pmerendũ illud intelligimus pertinere:qđ sequitur:Beati pacifici:qm̃ filii dei uocabunt̃. Beatitudo ista dilectissimi non cuiuslibet consensionis aut qualiscunq; concordię est. sed illius de qua dicit Apostolus: pacem habete ad deum. Et de qua dicit propheta Dauid: pax multa diligẽtibus legem tuam. et nõ est illis scandalum. Hanc pacem etiam artissima amiciciarũ uincula & ir discretę similitudines animorum non ueraciter sibi uendicant:si non cum dei uoluntate cõcordant. Extra dignitatem pacis sunt improbarum parilitates cupiditatũ. fędera scelerum. & pacta uiciorum. Amor mundi cum dei amore non congruit. Nec ad societatem filioꝝ dei puenit qui se a generatiõe carnali nõ diuidit. Qui aũt semper cum deo mẽte sunt solliciti seruare unitatẽ spũs in uĩculo pacis

nuūq̄ ab ęterna lege dissentiunt fideli oratione dicentes: fiat uoluntas tua sicut in cęlo & in terra. Hi sunt pacifici. hi bene unanimes sanctęq; concordes uocandi ęterno nomine filii dei. coheredes aūt Christi. q̄a hoc merebit̄ dilectio dei et proximi. ut nullas iam aduersitates sentiat. nulla scandala pertimescat. sed finito omnium temptationum certamine in tranquillissima dei pace requiescat. Per dn̄m nr̄m Iesum Christū filium tuū. Qui tecū uiuit & regnat in unitate sp̄us sancti deus. p oīa sęcula sęculoꝝ. Amen.

TRACTATUS BEATI LEONIS PAPE CONTRA HERESIN EUTYCHETIS HABITUS ROME IN BASILICA SANCTE ANASTASIE.

Sicut peritorum dilectissimi prudētumq; medicoꝝ est passiones infirmitatis humanę remediis preuenire: et quemadmodum saluti contraria declinetur ostendere: Ita pastoralis offitii est ne dominico gregi hęretica malignitas noceat: prouidere & qualiter luporū et latronum īprobitas sit cauenda demonstrare. q̄a nunq̄ potuit hęretica impietas sic latere: ut nō a sanctis patribus nr̄is & semp deprehensa sit: et iure dānata. Sollicitudinē itaq; nostram quā dilectiōi uestrę impendimus latere non potuit: quosdam Egyptios precipue negotiatores ad urbē uenisse eaq; quę alexādriæ scęleste ab hereticis sunt admissa defendere: asserentes solā deitatis in Christo fuisse naturā. nec carnis humanę quam sumpsit ex beata uirgine Maria habuisse penitus ueritatē. quę impietas & falsum hoīem: et deum dicit esse passibilem. Quod quo audeāt aīmo quoue cōsilio dubitare nō possumus: Quia eīm ipi a ueritate euāgelii recesserūt: et mēdacia diaboli sunt sequuti ī alios quoq; uolunt sotios suę pditōis efficere. & ideo fraterna uos et paterna sollicitudine commonemus: ut īimicos Catholicę fidei hostes Ecclesię incarnationis dn̄icę negatores & instituto a scīs Ap̄lis symbolo repugnantes in nullum recipiatis consensionis affectū dn̄te Apostolo hęreticū hoīem post unā & secundā correptiōem deuita: sciēs q̄a qui huiusmodi est: subuersus est. et delinq̄t

proprio iudicio condẽnatus. Propria enim pertinacia perit: et sua a xp̄o discedit insania. q eam impietatem per quam ante se multos scit periisse: sectat̃. & religiosum sibi atq; ca/tholicum putat id qđ sanctorũ patrũ iudicio et in Photini pfidia et in Manichei demẽtia et ĩ Apollinaris ĩsania con/stat esse damnatũ. ut adhuc quasi noue & nedũ damnate in perniciẽ aĩmarũ suaꝝ consentiat prauitati. qui incarnatiõis dominice denegant sacramentum. Quasi aliud tota euãgelii lectiõe doceamur: q̃ hoc uno diuine mĩe sacramẽto hũanũ genus in iis qui credunt esse saluatum: qđ unigenitus dei filius equalis per omnia patri nostre assumptiõe substantie manens quod erat: dignatus est esse quod non erat. uerus scilicet homo uerus deus qui absq; cuiusq̃ sorde peccati integram sibi nostram perfectamq; naturã ueritate & aĩme carnis uniuit Et intra uterũ beate uirginis mr̃is sp̃us sancti uirtute cõceptus nec editiõe partus nec primordia fasti/diuit infantie: ut uerbũ dei pr̃is hũanã sibi inesse substantiã et deitatis potẽtia & carnis ĩfirmitate loqueret̃. De corpore habens corporeas actiões & spũtales de deitate uirtutes. Humanum quippe est esurire & sitire et dormire hũanum est metuere flere tristari hũanum deniq; est crucifigi mori atq; sepeliri. Sed diuinum est super mare ambulare. aquam in uinũ conuertere mortuos suscitare mundũ ꝓpria morte tremefacere & cũ uiuificata super omnẽ celoꝝ altitudinẽ carne conscendere ut q hoc credunt: dubitare non possint quid hũanitati ascribere quid debeant assignare deitati. qm̃ in utroq; unus est xp̃us q & deitatis sue potẽtiam non amisit: et ueritatẽ perfecti hominis nascẽdo suscepit. Hos ergo dilectissimi de quibus loquimur tanq̃ uenenũ morti/ferum fugite. execramini. declinate. & ab eorũ colloquiis si increpati a nobis corrigi noluerint: abstinete. Quoniã sicut scriptum est: sermo eoꝝ serpit ut cancer. iusto eĩm iudicio ab Ecclesie unitate reiectis nulla est tribuẽda communio: quam non nostris odiis sed suis sceleribus pdiderunt. Vos ergo dilecti deo & Apostolico testimonio cõprobati qbus

beatus Apostolus dicit. Quoniā fides uestra annūciat uniuerso mundo: custodite in uobis: q̄d tantum prędicatorem agnoscitis sensisse de uobis. Nemo uestrum efficiat huius laudis alienus: ut quos p̄ tot secula docente sancto spiritu heresis nulla uiolauit: ne Eutichyanę quidem impietatis possint maculare contagia. Confidimus aūt q̄ protectio dei corda uestra fidemq̧ custodiat: ut cui hactenus fideliter obedistis: ineternum perseuerāte catholicę fide obseruātia placeatis. Per xp̄m dn̄m nr̄m Amen.

## Leo papa Maximo antiocheno episcopo salutem in domino.

Quantum dilectioni tuę placeat coīs fidei sacratissima unitas: et pacis ecclesiasticę tranquilla cōcordia: lrārū textus ostēdit quas ad me filii nr̄i Marianus presbyter & Olympius diaconus detulerunt. eo nobis gratiores quo p̄ ipsos eloquia alterna miscemus. Et magis magisq̧ hanc innotescere gratia dei qua fit: ut per totū mundū de manifesto catholicę ueritatis lumine gaudeatur. Quāuis quod multū doleamus quidā adhuc sicut sermo īdicat nūtiorū: tenebras suas diligant. et cū ubiq̧ dei splendor effulserit: etiam nūc cęcitatis suę delectent̄ obscuro: et p̄dita fide solo ac uacuo remanserūt noīe xp̄iano. non habētes intelligentiā qua errorē ab errore discernāt. Et blasphemiā Nestorii ab Eutychetis impietate distīguāt: nec eīm ideo excusabilis uideri aliqua eorū falsitas potest: quia ipsi sibi sunt ī sua peruersitate cōtrarii. Nā licet Nestoriū Eutychetis discipuli detestēt: Eutychetē anathematizēt Nestorii sectatores catholicorū tn̄ iudicio pars utraq̧ dānat̄. et ambę simul hereses a corpore ęcclesię resecant̄. quia neutra falsitas nobiscū potest habere cōcordiā. nec interest q̄d sit sacrilegiū ab īcarnatiōis dn̄icę ueritate discordatū. cū id q̄d prauissime sentiunt: nec auctoritas euāgelii hēat: nec rō sacramēti. & ideo frater carissime oportet dilectionem: tuā toto corde pręscire cuius ecclesię gubernaculis te dominus uoluerit p̄sidere. & eius meminisse

doctrinę quã pręcipuus aplõꝝ omnium beatissimus Petrus per totũ quidem mundũ uniformi prędicatiõe sed speciali magisterio in Antiochena et in Romana urbe fundauit.et in illud suę glorificatiõis domiciliũ preminentẽ eam intelligẽtia posuit. Instituta qꝫ tradidit:sicut ab ipsa quã cõfessus est ueritate suscepit.neqꝫ ullo modo sinas in orientis ecclesiis maximeqꝫ iis quas Antiochenę sedi sacratissimoꝝ patrum Nicęni Canones deputauerũt.ab iprobis hereticis euãgelio resultari.& uel Nestorii uel Eutychetis a quoquã dogma defendi.qm̃ sicut dixi: catholicę fidei petra cuius nomen beatus aplũs Petrus sumpsit a dño:nullũ recipit ad utranqꝫ impietatẽ uestigiũ.sed Eutychitẽ atqꝫ Priscũ & Nestorium anathematizat. qui uelbi carnisqꝫ naturã in beatę uirginis conceptione seiungentes unumqꝫ xp̃m in duos diuidẽtes: animã deitatis:animã humanitatis.uolunt esse personã.cum oĩo unus idemqꝫ sit:qui et scd̃m sempiternã deitatẽ de prẽ est natus sine tẽpore.& scd̃m uerã carnẽ:de matre est natus in tempore.et Eutychitẽ similiter execrat̃. qui in dño Iesu xp̃o ueritatẽ hũanę carnis euacuãs ip̃m uerbũ ĩ carne asseruit transformatum. ut nasci nutriri ꝓficere pati mori atqꝫ sepeliri et die tertio suscitari:solius fuerit deitatis:quę seruilis formę non ueritatẽ susceperit.sed figurã. Sũma itaqꝫ uigilãtia cautum esse te conuenit:nequid sibi scilicet heretica prauitas audeat uindicare. cũ te deceat iis sacerdotali autoritate resistere. Nosqꝫ sępius de ꝓfectu ecclesiarũ tuis relationibus qd agat instruere. dignũ ẽ eim te aplicę sedis in hac sollicitudine esse consortẽ.et ad agendi fiduciã priuilegia tertię sedis agnoscere. quę in nullo cuiusq̃ ãbitione inuenit̃ excessisse.quia notata ẽ apud me Niceroꝝ canonũ reuerentia. ut ea quę sunt a sanctis p̃ribus constituta:nec ꝑmisceri patiar. nec aliqua nouitate uiolari.& si eni diuersa nõnunq̃ sunt merita presulum:iura tñ permanẽt ecclíarum. sed quibus ęmuli perturbationẽ aliqua fortassis inferre:nec tñ possunt minuere dignitatẽ.unde cũ aliquid Antiochenę ecclię priuilegiis dilectio tua agendũ esse crediderit:ꝓprius

ſtudeat nunciis explicari. ut nos conſultationi tuę abſolute et congrue reſpondere poſſimus. nunc autem ad oīa generaliter ꝓnuntiare ſufficiat. quod ſi quid a quoquam contra ſtatuta Nicenorū canonū in quacūqꝫ ſynodo uel tētatū ē: uel ad tēpus uidetur extortū: nihil prẹiudicii poteſt inuiolabilibus inferre decretis. et facilius erit quarūlibet diſſenſionum facta diſſolui: ꝙ predictorū canonū regulas ex ulla parte corrumpi. ſubripiendi eīm occaſiones non permittit ābitio. Et quotiens ob occurrētes cās generatī cōgregatio facta fuerit ſacerdotū: difficile eſt cupiditates īproborū nō aliqd ſupra mēſurā moliri atqꝫ appetere: ſicut ī Ephesi Synodo quę īpiū Neſtoriū cū dogmate ſuo perculit: Iuuēalis Epiſcopus: ad obtinendū Paleſtinę prouintię principatum credidit ſe poſſe ꝓficere. et inſultes auſus per cōmēdaticia ſcripta firmare. quod ſanctę memorię Cyrillus Alexādrinus Ēpus merito ꝑhorreſcēs: ſcriptis ſuis mihi quoꝫ quę predicti cupiditas auſa ſit indicauit. et ſollicita prece multum ꝓſpexit. ne ulla illicitis conatibus prẹpareṫ aſcēſio. nā cuius epiſtolę ad nos exēplaria direxiſti ſanctę mēorię Cyrilli: eā ī nr̄o ſcrinio requiſitam nos autenticam noueris repperiſſe. hoc tn̄ ꝓpriū definitionis meę ē ut quēlibet āplior numerus ſacerdotū aliquid per quorūdā ſubſcriptionē diſcernat: qđ illis trecentorū decem et octo conſtitutionibus inueniatur aduerſum. id iuſticię conſideratione caſſetur. qm̄ uniuerſę pacis trāqllitas nō aliter poterit cuſtodiri: niſi ſua canōibus reuerentia intemerata ſeruetur. Siquid ſane ab iis fratribus quos ad ſanctam Synodū uice mea miſi: preter id quod ad cauſam fidei ꝑtinebit: geſtū eſſe ꝑhibeṫ: nullius erit pēitus firmitatis: qui ad hoc ab aplīca ſunt ſede directi. ut exciſis hereſibus catholicę eſſent fidei defenſores. quicquid enim preter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen ēpale deferṫ: poteſt aliquā diiudicandi habere rationem: ſi nihil de eo ſit a ſanctis patribus apud Nicena definitū. nā quod ab illorū regulis & conſtitutione diſcordat: apoſtolicę ſedis nunꝙ poterit obtinere conſenſum. Quanta uero hęc

diligētia custodiatur a nobis:exēplaribus eius epistolę quā ad Constantinopolitanū Epm:refrenātes ipsius cupiditatē direximus:īstrueris.quā in omniū fratrū et cōsacerdotum nostrorū facies noticiā puenire.ut nouerit pacē ęcclīasticā p cōcordiā deo placitā debere seruari.Illud quoq; dilect o/nem tuā conuenit pręcauere:ut preter eos qui sunt dñi sa/cerdotes:nullus sibi docēdi & pdicādi ius audeat uēdicare: siue ille monachus siue sit laicus qui alicuius sciētię nomine g'orieẗ.quia et si optandū est:ut oēs ęcclesię filii:quę recta et sana sunt:sapiāt:non tñ permittendū est:ut quisq; extra sacerdotū ordinē cōstitutus gradū sibi prędicatiōis assūat. ut cū in ęcclīa dei oīa ordinata esse conueniat:ut ī uno xpi corpore ut excellentiora membra suum offitium impleat. et infirmiora superioribus non resultent: Datum.iii.Id Iuñ Opolione.V.C cons.

LEO PAPA ANATOLIO EPISCOPO SALVTEM IN DOMINO.

GAudeamus in dño et in dono gratię ipsius gloriemur: qui sicut dilectionis tuę litteris fratrumq; nrōꝝ quos constantinopolim miseramus:relatione cognouimus.scdm euangelicę eruditionis ostensum pbabilem merito lętitiam pręsumimus:qd tandem ęcclię decreta nec rugā cuiusq; sint erroris habitura:nec maculā dicente apostolo:despōdi eim uos uni uiro uirginē castā exhibere xpō.Illa est eīm Virgo ęcclīa spōsa unius uiri xpī:quę nullo se patiẗ errore uitiari. et per totūmundū una sit:unius castę cōmunioīs ītegritas. In qua sotietatē tuę dilectiōis amplectimur.& gestoꝝ quę sūt p̄missa serē nūciis scdm qd oportuit munitā subscrip/tionibus approbamus. Vt ergo inuicē dilectionis tuę aīaos nrīs confirmaremus alloquiis:filios nrōs Caterium pśbyterū Patricium & Asclepiadē diaconos qui urā scripta detulerant: cū eplīs nrīs post uenerabilē diē festū paschalē remisimus. indicātes nos ut supra diximus:de cōstātinopolitanę ęcclię pace gaudere. cui hanc curam semper impendimus:ut eam nulla uelimus hęreticorū fraude uiolari. De fratribus uero

quos et eplīs tuis et legatoꝝ nostroꝝ relatione cōmunioīs nr̄e cupiditate īflāmatos esse cognouimus: eo qd doleāt:se contra potentiā contraq; terrores nō tenuisse cōstantiam: et alieno sceleri prebuisse consensum:cum ita eos formido turbasset:ut ī dānatione catholici atq; inocētis epi et increpatione detestabilis prauitatis trepido famularēt obsequio: illud quidē qd presentibus et agētibus nr̄is constitutū est approbamus. ut suaꝝ iterī ecclīaꝝ essent cōmuniōe cōtēti. sed cū legatis nr̄is quos misimus:ꝑticipare tecū sollicitudie uolumus: disponat:quatenus ii qui plenis satisfactionibus malegesta condemnant:& accusare se magis eligūt. q̄ tueri: pacis et cōmunionis unitate letenē. ita ut digno prius anathemate quę contra fidē catholicā sunt recepta dānentur. Aliter eīm ī ęcclīa dei quę corpus est xp̄i: nec sacra sunt sacerdotia nec uera sacrificia: nisi in nostrę ꝓprietate naturę uerus nos pontifex recōciliet:uerus īmaculati agni sanguis emūdet: qlibet ī pr̄is sit dextra cōstitutus: ī eadē tn̄ carne quā sumpsit ex uirgīe: sacramētū ꝓpitiatiōis exeq̄t. dicēte aplō xp̄s Iesus qui mortuus est: īmo qui et resurrexit: qui est in dextra dei:qui etiā interpellat pro nobis. Neq; enim potest ī aliquo benignitas nr̄a reprehendi:cū a satisfatiētibus recipimus: qd noluimus esse deceptos. Nec aspe igitur coīōis nr̄e gr̄a denegāda est:nec temere largiēda. qa sicut pietatis plenū est oppressis caritatis sinū dn̄icę redibere: Ita iustum est oīa ꝑturbationis autoribus imputari. De nōibus aūt Dioscori Iuuenalis et Eustasii ad sacrū altare recitādis: dilectiōne tuā hoc decet custodire: qd sacerdotes domini ibidē constituti faciendū esse dixerūt. qdq; ordinatiōi memorāde sancti Flauiani nō repugnet. gr̄a tua xp̄ianę plebis aīos non auertat. Nam iniquū nimis est atq; incongruum eos qui innocentes et catholicos sua ꝑsecutione uexarunt: sanctorū nōibus sine discretione misceri. cū dānatā ipietatē non deserētes: ipsa sua prauitate condēnent quos cōuenit aut pcelli ꝓ pfidia: aut laborare pro uenia. Fratrem uero et coepm nr̄m Iulianū uel cleros qui sanctę mēorię Flauiano

fidelibus offitiis adheserunt: dilectioni quoq; tue uolumus ac hereẽt: ut quẽ fidei sacramẽtis uiuere apd̃ dñm nr̃m noui/mus: i te sibi eũ p̃nte esse cognoscãt. Illud quoq; dilectionẽ tuã nosse uolumus: frẽm & coepm nr̃m Eusebiũ: q cã fidei multa discrimĩa laboresq; tolerauit: nobiscũ iterdũ morari: et ĩ nr̃a nũc cõiõe p̃sistere. Cuius ecclĩam tua sollicitudine nolumus esse defensã. ut nihil eodẽ abñte depeat. & nullus ei ĩ aliquo p̃iudicare p̃sumat. donec cum lr̃aꝶ nr̃aꝶ ad uos p̃secutiõe p̃ueniat. & ut maiore caritate uel nr̃a uel totius xp̃ianę plebis affectiõe p̃uocet. hoc qd̃ ad di'ectionẽ tuam scripsimus: i oĩm uolumus noticiã p̃ueire. ut q deo nr̃o nũc seruiũt de cõfirmata apd̃ te pace sedis ap̃licę gratulẽt. De ceteris uero dissidii cãis atq; p̃ursiõis dilcõ tua lr̃is quas p nostros accipiet: plenius instruetur. Datum. Id. Aprilis.

LEO PAPA LEONI AVGVSTO SALVTEM IN DOMINO.

DEffitiis quę ad gratulatõem ĩpii ur̃i p̃tinẽt: p̃solutis: etiã hãc paginã necessarię supplicatiõis adieci: q̃ catholicę fidei diuinitus p̃patũ laboris ur̃i posco p̃sidiũ. Nam talia in Alexãdria ecclĩa p̃petrata fr̃is & coepi mei Anatolii relatõe cognouit: ut oĩs xp̃iana religio sentiat se ĩpediri atq; uiolari: nisi ĩ uniuersũ fidei ur̃e deuotõe p̃spiciã. & mẽoratę ecclię: quę ante catholicis fuit clara rcõribus: reddat xp̃iana liber/tas. ut cessantibus hereticoꝶ ĩpugnatõibus euãgelica doc/trina: quę illic añ Dioscorũ uiguit unitas cũ totius ecclię pa/ce repet. qd̃ opus uirtutibus ur̃is glorięq; cõueniẽs celerẽ & deo placitũ hẽbit effcm: si apd̃ scãm calcedonẽsẽ Synodũ de dñi nr̃i Iesu xp̃i ĩcarnatiõe firmata nulla permiseritis re/tractatiõe pulsari. qa & ĩ illo cõcilio p sp̃m scm̃ cõgregata atq; p̃scis definitiõibus cũcta firmata sunt. ut nihil ei regulę quę ex diuina ĩspiratiõe p̃lata est: aut addi possit aut minui. Hoc aũt etiã apd̃ clemẽtię ur̃ę scĩam nõ ãbigimus esse p̃sp/cuũ. Siqdẽ multoꝶ ante relatiõe molitiones hereticoꝶ quę contra predictę synodi autoritatẽ conabant assurgere: nihil ex hoc permiseritis audire: unde qd̃ negandum illis sponte

cidissis: gloriosum uobis est uniuersali ecclię me supplicāte concedere. & incōmutabiliter ꝑpetue ꝓstare. ut quę scd̄m euāgeliū xp̄i & ꝓdicatiōis aplicę ueritatē oībus retro sclīs una fide unaq; ītelligētia roborata sūt; nulla alterius possit accusatiōe couelli. ꝓut ergo miro dei consilio ep̄us mētem urę pietatis īstituxerit: sanctę primitus Alexādrię ecclię pa/cis repatōnē cōsultet ꝑ catholicos sacerdotes talē ꝓuideri iubete pōtificē: in quo & in actuū ꝓbitate et fidei ꝑfectiōe nihil possit reꝑhēsibile repiri. ut oībus rite cōpositis eadē ubiq; seruet̄ ꝓdicatio ueritatis. Datū. V. Id. Iulii Cōstāte & Ruffo cōsulibus.

LEO PAPA LEONI IMPERATORI SALVTEM IN DOMINO.

Eo ep̄s Leoni Augusto. ꝓmisisse me meīni uenerabilis Imperator in cā fidei: de qua clemētiā tuā noui pie esse sollicitā plenicrē hūilitatis meę dirigēdū esse sermonē: quē nūc auxiliāte dn̄o fideli occasiōe ꝑsoluo ut sanctę pietatis tuę studio utilis q̄tū arbitror: deesse non possit instructio. Quis eīm scia clemētiā tuā hūanis īstitutiōibus nō egere: & sincerissima abūdātia sp̄us scī auxisse doctrinā: offitii tn̄ mei ē & patefacere quę intelligis. & ꝓdicare qd̄ credis. ut ignis ille quē dn̄s ueniēs ī terra diffudit. motu crebrę meditati/onis agitatus: sic īcalescat: ut ferueat. & sic īflāmet ut luce/at. Magnas eīm caligies Eutychiana heresis oriētis ptibus inferre molita ē. & ab illa luce quę sicut in euāgelio loquit̄: in tenebris lucet: & tenebrę eā nō cōprehēderūt: imꝑitoꝝ oculos tētauit auertere. cū ipa in suā resciderit cęcitatem: nūc in discipulis recrudescit qd̄ in autore defecit. nō lōgo unq̄ tp̄is īteruallo ualuit catholica fides quę est singularis & uera cuiq; nihil addi nihil minui pōt: a uocibus hostili/bus appetita succūbere. quoꝝ prior Nestorius: Eutyches scd̄s emerserit q ī ecclīam dei hereses sibimetip̄is cōtrarias inferre uoluerūt. ut uterq; a ꝓdicatoribus ueritatis merito dānaret̄. qa insanū nimis & sacrilegū fuit: qd̄ uaria falsitate ambo senserūt. Anathematizet̄ ergo Nestorius q beatam

uirginē Mariā t.ō dei sed hōis tantūmō credidit genitricē: ut aliā psonā carnis aliā faceret deitatis. Nec unum spiritū in uerbo dei & carne sentiret. sed sepatū atq; seiūctū. alterū filiū dei. alterū filiū hōis predicaret cōmanēte illa incōmutabili uerbi essentia: que ei cū pr̄e & cū spū scō itēpalis atq; coeterna ē ut ita itra uirgīs uiscera uerbū caro sit factū ut p id qd ineffabile sacramētū uno cōceptu unoq; ptu scdm ueritatē utriusq; nature eadē uirgo et ācilla dn̄i esset: & m.r̄. quod etiā Helisabeth sicut Lucas euāgelista declarat: itellexit. et dixit. Unde hoc mihi: ut ueniat mr̄ dn̄i mei ad me.

Eutyches quoq; eodē pcellat̄ anathēate q per ipsos ueterū hereticorū iuolutus errores tetrū Apolliāris dogma defēdit: ut negata hūane carnis atq; aie ueritate: totū dn̄m nr̄m Iesum xp̄m unius asserat eē nature. tanq̄ uerbi deitas ipsa se in carnē aīamq; cōuerterit. cōcipi ac nasci nutriri ac pficere. mori ac resurgere: et ascēdere i celū: et ad pr̄is dextrā cōsidere. unde ad iudicādos uiuos & mortuos ueiet cū cōsideret diuine tantū esse sententie que nihil in se sine carnis recepit ueritate. qm̄ natura unigeīti natura est pr̄is natura ē spūs sci simulq; ipassibilis simul ē incōmutabilis: sēpiterne trinitatis indiuisa unitas. & cōsubstātialis eq̄litas. unde si ab Apolliāris puersitate Eutychianus quisq; discessit: ne conuicat̄ deitatē passibilē dicere: & iā uerbi incarnationē idest carnis & uerbi unā audet pnūciare naturā: maifeste i Valētini et Manichei transit isaniā. et mediatorē dei et hominū hoīem Iesum xp̄m simulatorie ex se credidit oīa egisse. nec hūanū ip̄m corpus sed phantastica corpis spē oclis appuisse cernētiū. que ipietatis mēdacia oli fides catholica detestat̄. et aliorū assertionū sacrilegia cōcordibus p totū mūdū sūt dānata sentētiis. non dubiū est eā nos fidem predicare: atq; defendere: quam scā Synodus nicena confirmauit dicens.

Symbolum Nicenum. trecentoꝝ. x. et octo. patrum.

CRedimus in unū deū pr̄em omnipotentē. uisibiliū et iuisibiliū factorē. et in unū Iesum xp̄m dn̄m nr̄m filiū

dei.natū de pr̄e unigenitū.hoc est de substātia pr̄is.deū de deo lumē de lumine.deū uerū de deo uero.natū non factū. unius substātię cū patre.quod greci dicūt homousion.per quē omnia facta sunt.siue quę in celo.siue quę in terra. qui propter nos et propter nostrā salutē descendit de cęlo. et īcarnatus est et homo factus.passus est.et resurrexit tertia die. et ascendit in cęlū inde uēturus est iudicare uiuos et mortuos.et in spiritū sanctū.In qua ꝓfessione hoc euiden/tissime cōtinet̄:qđ etiā nos de dn̄i incarnatiōe confitemur. et credimus.quia ad salutē hūani generis reformandā uerā carnē nr̄ę fragilitatis non de celo secū detulit. sed in utero uirginis mr̄is assumpsit. quicūq; ergo illi sunt ita obcęcati & a lumīe ueritatis alieni ut uerbo dei a tēpe īcarnatōis hūa/nę carnis denegēt ueritatē:ostēdāt:ī quo sibi xp̄ianū nomē usurpāt.et cū euāgelio ueritatis qua rōe cōcordēt.si beatę uirgīs ꝑtu aut caro sine deitate aut deitas ē orta sine carne. Sicut eīm negari nō pōt Euāgelista dicēte: qđ uerbū caro fcm̄ est.et habitauit ī nobis.Ita negari nō pōt btō aplō di/cēte:qđ deus erat ī xp̄o mūdū recōcilias sibi.quę aūt recō/ciliatio esse posset: q̄ hūano generi ꝓpiciaret̄ deus:nisi oīm cā mediator dei & hoīm carnem suscepisset:q̄ uero rōe ue/ritatē mediatoris īpleret: nisi q ī forma dei ęq̄lis ē pr̄i:ī for/ma serui ꝑticeps esset & nr̄i. et mortis uīculū unius p̄uari/catōe cōtractū: ꝑ unius mortē nihil debētis solueret̄.effu/sio nāq; iusti sāguīs tam fuit diues ad p̄ciū:ut si uniuersitas captiuoꝝ ī redēptorē suū crederet: nullū diaboli uīculū re/tineret.qm̄ sicut aplūs ait: ubi abūdauit pccm̄ sr̄abūdauit gr̄a. & cū sub pecci prę iudicio nēo ptātē accipet ad iusticiā renascēdi: ualidius fcm̄ ē donū libertatis q̄ debitū seruitu/tis. quā itaq; sibi ī huius sacram̄ti p̄cio spē reliquūt: q ī sal/uatore nr̄o negāt hūani corpis ueritatē:dicāt quo sacrificō recōciliati: dicāt quo sāguīe sint redēpti qs ē ut aplūs ait:q tradidit semetipm̄ ꝓ nobis:oblatiōnē & hostiā deo ī odorē suauitatis:aut qđ unq̄ sacrificiū tā sacratū fuit:q̄ qđ uerus ęternus pōtifex ī altare ꝑ imolationē suę carnis imposuit:

Quanuis enim multorum sanctorum in conspectu domini
preciosa mors fuerit: nullius tñ ĩ sanctis occisio ẽdemptio
fuit mundi. Acceperunt isti non dederunt coronas: et de
fortitudine fidelium exempla nata sunt paciẽtię non dona
iusticię. Singulares quippe in singulis in morte fuerũt. nec
alterius quisq̃ debitũ in suo fine persoluit. Cum inter filios
hominum unus dominus noster Iesus Christus qui uere
erat agnus immolatus existeret: in quo omnes crucifixi:
omnes mortui: omnes sepulti: omnes sint etiam suscitati:
De quibus etiã ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra:
omnia traham ad me: fides etenim uera iustificans impios
et creans iustos ad humanitatis suę tractum participem:
in illo acquirit salutem: in quo solus homo se inuenit inno/
centem. liberum habens per gratiam dei de eius potentia
gloriari: qui contra hostem humani generis ĩ carnis nostrę
humilitate cõgressus iis uictoriam suam tribuit: in quorum
corpore triumphauit. licet ergo in uno domino Iesu Xp̃o
uerbo dei atq̃ hominis filio: uerbi & carnis una persona sit:
quę inseparabilitr atq̃ indiuise communes habeat actiões:
intelligentię tamẽ sunt ipsorum operũ qualitates: & sincere
fidei contẽplatione cernendũ est & q̃ prouehatur humilitas
carnis: & q̃ inclinet altitudo deitatis. quid sit: q caro uerbũ
sine carne non efficit. sine uerbi eĩm potẽtia nec cõciperet
uirgo nec pareret. Et sine ueritate carnis subuoluta pãnis
infantia nõ iaceret. Sine uerbi potẽtia non adorarẽt Magi
puerum stella ĩdice declaratum. & sine ueritate carnis non
iuberet transferri in ęgypto puer. & ab Herodis psecutiõe
subduci: sine uerbi potentia non diceret uox p̃ris missa de
cęlo. Hic est filius meus dilectus ĩ quo mihi cõplacui. & sine
ueritate carnis non protestaret Iohannes. Ecce agnus dei.
ecce q tollit peccata mundi. sine uerbi potentia nõ fierent
tante gr̃e debiliũ. & uiuificatio mortuorum. & sine ueritate
carnis nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fati/
gato. Postremo sine uerbi potẽtia non se dñs p̃ri pfiteret
ęqualem. & sine ueritate carnis non idem diceret: p̃rem se

esse maiorẽ:cum catholica fides utrunq; suscipiat. utrunq; defendat. quę secundũ confessionem beati Petri Apostoli unum dei filium & hoĩem credit.& uerbum. Quãuis itaq; ab illo initio quo in utero uirginis uerbũ caro factũ ẽ:nihil unq̃ inter utranq; formam aliquid diuisionis extiterit: et per omnia incrementa corporea unius personę fuerint to/tius tẽporis actiones:ea ipsa nanq; quę inseparabiliter facta sunt:nulla commixtiõe confundimus:sed tamen q̃d cuius formę sit:ex operũ qualitate sentimus. Dicãt ergo nũc isti hypochrite q̃ ceci mentis uolunt lumen r̃cipere ueritatis: in qua forma crucis ligno affixus sit dñs maiestatis?quid iacuerit in sepulchro?& reuoluto monumenti lapide quę die tertio caro resurrexerit?& in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat?& hesitationem dubitãtium cõfutabat:cum diceret:palpate. et uidete. quia spiritus carnem & ossa non habet:sicut me uidetis habere.& Apostolo Thome. Infer manum tuam in latus meum.& uide manus meas & pedes meos.& noli esse incredulus:sed fidelis.qua utiq; manifestatiõe corporis sui iam hereticorũ mendacia destruebat. Vt uniuersa Ecclesia Christi imbuẽda doctrinis hoc sibi nõ dubitaret credẽdũ quod Apostoli susceperant prędicandũ. Ac si in tanta luce ueritatis tenebras suas heretica obduratio non reliquit: ostendat: Vnde si spem uitę polliceat̃ ęternę. Ad quam nisi per mediatorem dei & hoĩm Iesum Christum non potest perueniri. Sicut eĩm ait beatus Petrus Apostolus: Non est enim aliud nomen datum hoĩbus sub cęlo in quo oporteat nos saluari: nec esset redemptio captiuitatis humanę nisi in sãguine eius qui dedit semetipsum redemptionem pro oĩbus. & sicut prędicabat beatus Apostolus Paulus Cum in forma dei esset:nõ rapinam arbitratus est: esse se ęqualẽ deo.sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hoĩm factus: & habitu inuentus ut homo . humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem mortem autẽ crucis.propter quod & deus exaltauit illum

Et donauit illi nomen. quod est super omne nomen. ut in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium. terrestrium, et infernorum. & omnis lingua cofiteat̃: qa dn̄s Iesus xp̄us in gloria ē dei p̄ris. Cum ergo unus sit dn̄s Iesus Christus: et uerę deitatis uerę〈q〉ꝫ hūanitatis ī ip̄o prorsus una eadē〈q〉ꝫ persona sit: Exaltatiōe tamen qua illū sicut doctor gētium dicit: exaltauit deus: et donauit illi nomē qđ est sup̱ omne nomen: excellit. ad eam intelligimus formā quę ditāda erat tantę glorificatiōis augmēto. In forma quippe dei ęqualis erat patri. & inter genitorem at〈q〉ꝫ unigenitum nulla erat in essentia discretio: nulla in maiestate diuersitas. nec per incarnationis mysteriū aliqd recesserat uerbo quod dei p̄ris munere redderet̃. Forma aūt serui est: per quā impassibilis deitas sacramētum magnę pietatis impleuit. Humana humilitas est: quę in gloria diuinę pietatis euecta est. In tanta unitatate ab ip̄o conceptu uirginis deitas & hūanitas conserta ē: ut nec sine hoīe diuina: nec sine deo agerent̃ hūana. Propter qđ sicut dominus maiestatis dicit̃ crucifixus. at〈q〉ꝫ sēpiternitate ęq̄lis ē deus dicit̃ exaltatus qa insepabiliter manente unitate personę unus at〈q〉ꝫ idem est totus hominis filius: propter unam cum patre deitatem. quicquid eīm in tempore accepit Christus secundū hoīem accepit. cui quę non habuit conferrentur. Nam scđm parcientiā deitatis: indifferenter omnia quę habet pater: etiam filius habet. et quę in forma serui a patre accepit: eadē in forma dei etiam ipse donauit. Secūdū eīm formā dei ip̄e & pater unū sunt: scđm formā autem serui non uenit facere uoluntatē suam: sed uolūtatem eius q misit eum: scđm formā dei sicut pater habet uitā ī semetip̄o: sic dedit habere & filio in semetipso. Scđm formam serui tristis est anima eius us〈q〉ꝫ ad mortem. et idem ipse sicut Apostolus prędicat: & diues & pauper. Diues qdem euangelista dicente: In prīcipio erat uerbum et uerbum erat apud deum. & deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Pauper uero qa propter nos uerbum

caro factum est. & habitauit in nobis. que autem est eius exinanitio que eius paupertas nisi forme seruilis acceptio: per quã uerbi maiestas uelata dispensatio hũane redẽptiõis impleta est. Nam captiuitatis nostre resolui origĩalis iura non poterãt: nisi existeret homo nostri generis quẽ nostri peccati preiuditia non tenerẽt. & q ĩmaculato sanguĩe suo chirographũ letale dilueret. sicut ab initio diuinitus pordinatum: ita est in plenitudine prefiniti temporis factũ. ut multis modis significata pmissio in diu expectatũ uenisset effectum. nec posset esse ambiguum qđ continuis testificationibus semp fuerat nũciatum. In magno aũt sacrilegio se uersari. hereticoꝝ manifestat ĩpietas: cũ sub spẽ deitatis honorãdę hũane carnis in Christo denegant ueritatem. et religiose estimant credi: si dicatur in saluatore nostro uerũ non esse qđ saluat. Cum ita scđm promissionẽ oĩa secula precurrentem: mundus sit deo reconciliatus in Christo: ut nisi uerbum dignaretur caro fieri: nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum fidei xpiane magno ut heretici uolunt declarat obscuro: si lux ueritatis sub mẽdaci putat latuisse phãtasmatis. nõ ergo quisq̃ erubescendũ existimet Christianis suscepisse de nr̃o xp̃m corporis ueritatẽ quem omnes Apostoli quẽ discipuli & preclari Ecclesiarum quiq; doctores q ad martyrii coronã uel ad confessiõis meruerũt gloriam peruenire: qui in huius fidei lumine splenduerunt: consonis ubiq; sententiis intonãtes: consentiũt qđ in dño Iesu xp̃o deitatis et carnis una sit confitenda persona. qua autem ratiõis similitudine qua diuinoꝝ uoluminũ portiõe hereticas impietates estimant adiuuari q ueritatẽ negant corporis Christi: cum hoc non lex testificari: nõ prophecia precinere: nõ euãgelica docere: non ĩpe destiterit Christus ostendere: querãt per oẽm seriẽ scripturarũ quo tenebras suas fugiant: non quo uerum lumen obscurent: & p omnia secula ita ueritatem inueniẽt coruscantẽ: ut magnum hoc et mirabile sacramentũ ab initio uideant creditum: qđ est in fine completũ. De quo cum sanctarum scripturarũ nulla

pars sileat sufficit quędam cōsonę ueritatis signa posuisse quibus diligentia fidei splendidissima latitudine dirigatur. et sincera intelligentię luce perspiciant: qd in filio dei q̄ se incessabiliter filium hoīs & hoīem profitet̄: non sit xp̄ianis erubescendum. sed constantissime gloriandum. ut autem pietas tua cū uenerabiliū patrū p̄dicatoībus nos cōcordare cognoscat: aliquātas eoꝝ sententias huic credidi subiiciēdas esse sermoni. quas cum dignaberis recensere non aliud nos prędicare reperies: q̄ qd sancti p̄res n̄ri toto orbe docuer̄t. nec quenq̄ ab illis nisi solos ipios hereticos discrepare. His igitur uerbis gloriosissime & uenerabilis Imp̄r q̄ta potui breuitate p̄strinxerim: cum inspiratam tibi diuinitus fidem etiam nostra prędicatione munitam esse cognoscerem. nec in aliquo uos ab euāgelica apostolicaq; doctrina uel catholicę professionis symbolis discrepare. q̄m sicut docet btūs Apostolus Paulus magnū pietatis sacramentum: qd manifestum est in carne iustificatum in spiritu apparuit angelis. prędicatū est gentibus. creditū est in hoc mūdo. assumptū est in gloria. Quid igit̄ tuę utilius est saluti: quid tuę congruentius ptāti: q̄ ut paci ecclesiarū dn̄i tua constitutione prospitias. & ī oībus tibi subditis dei dona defendas neq; ulla ratione patiaris per inuidiā diaboli ministros ī cuiusq̄ seruire prouintia. ut q in seculo temporali emines Regno: in ęternum merearis regnare cum Christo.

Testimonia excerpta de libris catholicorum patrum a Leone Papa collecta Leoniq; Impatori directa qd dn̄s n̄r Iesus xp̄s uerus sit deus. et uerus homo. Sententiis sc̄i Hilarii pictauēsis Ep̄i. In secūdo libro de fide iter cętera.

VNum igitur hoc īmobile fundamētum una hęc felix fidei petra Petri ore cōfessa: Tu es inqt Christus filius dei uiui tanta in se argumēta sustinens ueritatis: q̄ntę peruersitatum questiōes & infidelitatis calumnię mouebūtur. Iam in ceteris dispensatio ueritatis paternę sit. ergo partus et corpus. postq; crux mors inferi salus n̄ra est. hūani enim

generis causa dei filius natus est ex uirgine & spū sancto ipso sibi in hac operatione famulante et sua dei uidelicet: inūbrante uirtute: corporis sibi initia consciuit. et exordia carnis instituit: ut homo factus ex uirgine naturam in se carnis acciperet. per quam huius admixtiōis societate sci/ficatum in eo uniuersi generis humani corpus existeret. et quenadmodum omnes ī se per id quod corporeum esse se uoluit: conderentur: ita rursum in oīs ipsum per id quod eius est īuisibile referret. dei igit̄ imago inuisibilis pudorē humani exordii nō recusauit et post conceptionem ꝑtum uagitum & cunas oīs naturę nr̄ę contumelias trāscurrit. quid tandem dignū a nobis tantę dignatiōis affectu īpen/detur? Inenarrabilis adeo originis unus unigeītus deus in corpis hūani formā sanctę uirgīs utero insertus accrescit. et q̄ oīa continet: intra quem & p̄ quem cūcta sunt: hūani partus lege profert̄. et ad eius uocem archāgeli atq; āgeli tremunt. celū & terra et oīa huiusmodi elemēta resoluunt. Vagitus infantię audit̄: qui inuisibilis et incōparabilis est: nō uisu sensu tactuq; moderandus cuius ē obuolutus. Hęc si qs indigna deo recolit: tāto se maioris hn̄ficii obnoxium confitet̄: quanto minus hoc dei cōuenerit maiestati. Non ille eguit homo effici p̄ quem homo fcūs est. sed nos egui/mus ut deus caro fieret: et hītaret in nobis .i. assumptioni carnis unitus mēbra uniuersę carnis īcoleret. hūilitas eius nr̄a nobilitas ē. Cōtumelia eius honor nr̄ est. qd̄ ille ē deus in carne cōsistēs: hoc nos uicissim ī deū ex carne renouati.

Item eiusdem in eodem libro inter cętera.

NEscit plane uitā suam q xp̄m Iesum ut uerꝫ deum ita et uerꝫ hoīem ignorat. & eiusdē p̄iculi res ē Christum Iesū uel spm̄ uel carnē nr̄i corpis denegare. oīs ergo inqt qui cōfitebit̄ me corā hōibus: cōfitebor & ego illū coram pr̄e meo q̄ est ī cęlis qui. autē negauerit me coram hōībus: et ego negabo eum coram patre meo qui est in cęlis. hoc uerbum caro fcm̄ loquebatur. et homo Christus Iesus dn̄s

sacramento utrunque unus existens. dum ipse & unitis in idipm naturis naturę utriusque res est: ita tamen ut neutro careret ī utroque ne forte deus hō nascēdo esse desineret. et homo rursus deus manendo non esset. hoc itaque humanę beatitudinis fides uera est: deum & hominem prędicare: uerbum et carnem confiteri: neque deū nescire quod homo sit. neque carnem ignorare quod uerbum sit.

Item eiusdem in eodem libro inter cętera.

NAtus igitur unigeītus deus ex uirgīe homo: et scdm plenitudinem temporum in semetipso ꝓuecturus in deum. hominem hunc per omnia euangelici sermoīs modū tenuit ut se filiū dei credi doceret. & hoīs filium ꝑdicaret et ammoneret. loquens et gerēs hō uniuersa quę dei sunt. Loquēs deinde & gerens deus uniuersa quę hominis sunt: ita tamen ut in ipso utriusque generis sermōe: nunq̄ nisi cum significatione & hominis locutus sit & dei.

Item eiusdem in eodem libro inter cętera.

HInc itaque fallendi simplices atque ignorantes hęreticis occasio est. ut quę ab eo scdm naturę diuinę infirmitatem mentiantur: & qa unus atque idem est loquens omnia quę loquitur de semetipso. oīa eum locutū esse contēdant. Nec sane negamus totū illū q & naturę suę esse sermonem. sed si Iesus Christus & homo & deus: & neque cum homo sit tum primum & deus: neque tum cū & homo tū non etiam & deus. neque post hominem in deo non totus homo totus deus unum atque idē necesse est directorū eius sacramenti esse qd̄ generis. & cum in eo scdm tempus discernis hominem a deo. dei tunc atque hominis discernis sermonem et cum deum atque hoīem in tempore confiteberis: dei atque hominis in tempore diiudica. Cum uero ex homine & deo rursum totius hominis totius etiam dei tempus intelligis. Siquid aliud ad demonstrationem temporis dictum est: tēpore coaptato quę dicta sunt: ut cū aliud sit ante hoīem

deus. aliud sit post hominem & deum totus homo & totus deus: ne cõfundas temporibus & generibus dispensationis sacramẽtum. Cum pro qualitate generũ ac naturarũ alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato: alium adhuc morituro: alium iam ęterno. Nr̃i igitur causa hęc omnia Iesus Christus gerens: et corporis nostri homo natus scd̃m cõsuetudinẽ nr̃ę naturę locutus est: non tamen omittens naturę suę esse quo deus est. nam tã et si in partu & passione & morte naturę suę gessit Et reliqua.

Item alio loco in eodem libro inter cętera.

Idesne ita deum & hominem p̄dicari ut mors homini deo uero exercitatio carnis deputetur. non tamen ut alius sit: q̄ mortuus resurrexit. Spoliata eĩm carne Xp̄s est mortuus: & rursum Christũ a mortuis excitãs idẽ Christus est: carne se expolians. Naturã dei in uirtute resurrectiõis intellige. dispẽsationem hominis in morte cognosce. & cum sint utraq; suis gesta naturis: unum tamen Christum Iesum memento esse: q̄ utrunq; est. Hęc igitur demonstrãda a me paucis fuerunt: ut utriusq; naturę formam tractari in dño Ie u Christo meminissemus. quia qui manens in forma dei formam serui suscepit: ipse diuinitatem nequaq̄ amisit.

Item Athanasii Alexandrinę Ecclesię Epi et contra ad Epictetum Corinthyorum Episcopum.

Quomodo autem uel dubitare ausi sunt q̄ dicunt xp̄ani: si dominus qui ex Maria uirgine processit. deus q̄dem de substantia & natura dei sit: quod autem scd̃m carnem ex semine Dauid esse ex carne sanctę Marię.

Item Sancti ambrosii Episcopi Mediolaneñ Ecclesię ex libris quos misit ad Imperatorem Gratianum in libro scd̃o fideliter inter cętera.

Nde illud q̄d lectum est: dñm maiestatis crucifixũ esse nonq̄dem in maiestate sua crucifixũ putemus. Sed q̄a

idē deus idē homo p diuinitatē deus p susceptiōem carnis homo Iesus xpus dns maiestatis dicit crucifixus.qa cōsors utriusq nature id ē hūanę atq diuinę:in natura hois subiit passionem. ut discrete & dns maiestatis dicat esse q passus est: & filius hominis sicut scriptum est q descēdit de celo.

In alio loco in eodem libro inter cętera .

SIleant igitur inanis dissentiōis inanes de sermonibus questiones.quia regnum dei sicut scriptum est:nō in persuasione uerbi est:sed in ostensione uirtutis. Seruemus distinctionē diuinitatis & carnis.unus in utroq loquit dei filius: qa in eodē utraq natura est.& si q idem loqtur: non uno loqtur sp modo. Intende in eo nunc gloriam dei nunc hominis passiones. quasi deus loqtur quę sunt diuina.quia uerbum est. quasi homo dicit quę sunt humana:quia in ea substantia loquebatur . Item eiusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas .

SEd dum hos redarguimus emergunt alii. q carnem dñi dicant: & diuinitatem unius naturę.quę tantum sacrilegium inferna uomuerunt?Iam tollerabiliores sunt Arriani: quorum p istos perfidię robur adolescit.ut maiori contentione se asserant prēm & filium & spiritum sanctum unius non esse substantię: quia isti diuinitatem domini et carnem substantię unius dicere temtauerunt.

Item eiusdem infra inter cętera .

ET ibi mihi frequēter Niceni cōcilii tractatū se tenerē cōmemorāt:sed ī illo tractatu p̄res nr̄i nō carnē sed uerbū unius substātię cū p̄rę esse dixerūt.et uerbū qdē ex p̄rna ꝓcessisse substātia: carnem aūt ex uirgīe esse confessi sunt.quo modo igit Niceni cōcilii nomē obtēdit:& noua inducantur: quę nunq̄ nostri sensere maiores· Et reliqua .

Item eiusdem ad sabinum Episcopum .

Nde pulchre Apostolus eiusdem repetitione usus est dicens de domino Iesu Christo: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est: se esse equalem deo. sed semetipsum exinaniuit: et accepit plenitudinem nature et perfectionis humane. Sicut deo nihil deerat: ita nec hominis confirmationi: ut esset perfectus in utraq; forma: Vnde et aliud dicit: Speciosus forma pre filiis hominum. Concludit Apollinaris iste nec quo se uertat: habens suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat: formam serui accepit. nõ seruus locutus. Iterum ergo interrogo: quid est in forma dei: res/pondit in natura dei. sicut eim Apostolus ait: quia natura: non sunt dii. Quero quid sit formam serui accipiens: sine dubio pfectio nature & conditiõis ut dixit hũane: ut esset in hominis similitudie. et pulchre nõ carnis sed hoĩm dixit similitudinẽ. qa in carne eadẽ est. sed qa sine peccato erat solus. omnis aũt homo in peccato. in specie hoĩs uidebatur. Vnde & propha ait: et hõ est: & quis cognoscet eũ: homo scdm carnẽ. et ultra hoĩem diuina operatione. deniq; cum leprosum tãgeret homo uidebat. sed ultra hominem cum mũdaret. & cũ Lazarũ mortuũ fleret: mortuũ quasi homo flebat. et supra hoĩem erat: cum mortuum hunc iuberet pedibus exire. homo uidebat cum pẽderet in cruce. supra hominem cum reseratis tumulis mortuos suscitaret.

Augustini Ep̃i Hipponeñ ad Dariũ inter cętera.

Oli itaq; dubitare: ibi nunc esse hoĩem Christũ unde uẽturus ẽ. memoriter r̃cole & fideliter tene x̃pianam confessiõem. q̃m resurrexit a mortuis. Ascendit in cęlum. sedet ad dexteram p̃ris. nec aliunde q̃ inde uẽturus est ad uiuos et mrotuos iudicãdos. & sic uẽturus est. illa angelica uoce testante quenadmodum est uisus ire in cęlum id est in eadem forma carnis atq; substãtia. cum profecto immor/talitatem dedit: naturam non abstulit. et cętera.

Item Eiusdem in Epistola ad Volusianum.

NVnc uero ita inter deū et hoīes mediator apparuit: ut in unitate psone copulas utrāq naturam: et solita sublimaret insolitis. et insolita solitis temperaret. et cętera.

Eiusdem in expositione scdm Iohannem.

QVid igitur heretice cum Christus sit deus & homo: loquitur ut homo: et calumniaris deo. Ille ī se naturam commendat humanā. tu in illo audes deformare diuinam.

Eiusdem infra.

AGnoscamus geminam substantiam Christi: diuinam scilicet qua ęqualis est patri. humanam qua mīor est patre. Vtrunq autem simul nō duo sed unus Christus: ne sit q̄ternitas non trinitas deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis & caro: sic unus ē Christus deus et homo. Christum in his omnibus Christum ī singulis confitemur. quis est ergo per quem factus est mūdus Christus Iesus: sed in forma dei. qs est sub Pōtio Pilato crucifixus? Christus Iesus. sed in forma serui.

Item eiusdem cuius supra.

QVis eīm est derelictus in inferno? Christus Iesus. sed in anima sola. qs resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus. sed in carne sola. dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hęc omnia non duo uel tres sed unus est Christus. Ideo ergo dixit. Si diligeretis me: gauderetis utiq quia uado ad patrem. Nam naturę humanę gratulandum est: eo q sic assumpta est a uerbo unigenito ut īmortalis constitueret in cęlo. atq ita fieret terra sublimis: ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris.

Sancti Iohannis constantinopolitani Episcopi & confessoris in omelia de cruce et latrone.

SEd cur cū cruce uenient? Scilicet ut ii q eū crucifixerunt suę sentītāt demētię cęcitatem. et ideo dementię

eorum signum portat. et ideo propheta ait: Tunc lamenta/
būtur tribus terrę uidētes accusare & agnoscētes peccatū.
et quid mirum est si crucem portans adueniat: quando et
uulnera corporis ipsa demonstrat. Tunc enim inqt uidebūt
quē crucifixerīt. et sicut post resurrectionē Thomę uoluit
diffidentiam confortare: et illi clauorum loca monstrauit:
et lateris uulnera declarauit. Dixitq; mitte manum tuā et
uide quoniam spiritus carnem et ossa non babet: sicut me
uidetis babere: sic et tunc ostendet uulnera crucemq; de/
monstrabit: ut ostendat illum esse qui fuerat crucifixus.

Item de ascensione domini eiusdem.

IAm sicut de duobus iurgio separatis unus medio po/
situs alter tantum litem discordiamq; dissoluit: ita et
Christus fecit. deus nobis iuste irascebatur. et nos conti/
nebamus iratum & clementiam domini declinabamus et se
mediū Christus ingessit. et sotiauit utranq; naturā: et nobis
quod imminebat: supplicium ipse sustinuit.

Eiusdem in eadem omelia.

CHristus ergo nostrę naturę primitias obtulit patri.
oblatum domini miratus est pater. qd' tanta dignitas
offerebat. et quod offerebat: nulla macula fędabat. Ham
et suis manibus suscepit oblatū. et suę sedis fecit esse parti/
cipem. et qd' populus est ad partem suę dextrę collocauit.
Cognoscamus quis ille est: qui audiuit: sede ad dexteram
meā. quę natura est cui dixit: esto meę particeps sedis. quę
illa natura quę audiuit: terra es. et in terram ibis.

Eiusdem in eadem omelia.

QVo sermone utar: quo uerbo dicā: reperire nō possum
de ascensione? Natura fragilis natura contempta et
omnibus mōstrata deterior: omnia uicit. omnia superauit.
omnibus bodierno die meruit excellsior reperiri. Hodie an/
geli uota diu desiderata susceperīt. Hodie archāgeli quod

multo tēpore cupiebant: inspicere ualuerūt. naturā nrām in se dominica immortali fulgente gloria preuiderunt.

Sancti Theophili Episcopi Alexandrini de Epistola paschali quam per egyptum destinauit.

QVi rei testis est ille q loquitur omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. et prophā Christi auxilium deprecans: domine inclina celos tuos & descende. non ut mutaret locum in quo omnia sunt. sed ut propter salutem nostram carnem humane fragilitatis assumeret. Apostolo eiusdem concinente. Cum esset diues Pauper factus est: ut nos eius pauptate ditaremur. uenitq̄ ī terras et de uirgīali utero quem sanctificauit: egressus homo interp̄tationem nominis sui Emmanuel id est nobiscū deus: dispensatione consummās mirum in modum cepit esse quod nos sumus. et non desiit esse quod erat. sic assumēs naturam nostram: ut quod erat: ip̄e nō perderet. quanq̄ eīm Iohānes scribat: Verbum caro factum est. iderq̄ alius uerbis dicat: & deus homo factus est. uerbum tamen non est uersum in carnem quia nunq̄ deus esse cessauit: ad quem & spiritus sanctus loquitur: Tu autem idem ip̄e es. & pater de celo cōtestatur. tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ut et homo factus nostra confessione dicatur permanere: qd̄ fuit: priusq̄ homo fieret. Paulo nobiscum eadem predicāte. Iesus Christus heri & hodie in eternum. in eo eīm quod ait ipse. ostēdit eum pristinā mutasse naturam. nec diuinitatis sue imminuisse diuinis. quia propter nos pauper effectus plenam similitudinem nostre conditionis assumpserat.

Eiusdem in Eplā paschali contra Origenē inter cetera.

VNus filius patris nostriq̄ mediator: nec equalitatem eius amisit. nec a nostro cōsortio separatus est. inuisibilis deus & uisibilis homo forma seruili absconditus: et dominus glorie confessione credētium comprobatus. neq̄ enim priuauit eum pater nature sue nomīe: postq̄ p nobis

homo et paup effectus est. Nec ĩ iordane fluuio baptizatũ altero appellauit uocabulo. sed filium unigenitum. Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. nec simi/litudo nostra in diuinitatis mutata naturam: Nec diuinitas in nr̄e naturę uersa est similitudĩem. Cum ergo processisset ex uirgĩe deus in ea quam assumserat: hũana natura unum ex duobus sibi inuicem contrariis existens carne ac spiritu: unum in deum assumitur. Aliud deitatis gratia pręstat.

Item Eiusdem infra inter cętera.

Missus est quidem sed ut homo. duplex enim erat in eo natura. inde deniq̃ laborauit ex itinere. inde ęsu/riuit. sitiuit. & fleuit humani corporis lege.

Sancti Basilii Capadocensis Episcopi.

Cum ergo quędam in Christo ita uidemus humana: ut nihil a communi mortalium fragilitate distare uideantur. quędam ita diuina ut nulli alii nisi illi ineffabili naturę conueniant deitatis: hęret humani intellectus an/gustia: & tante admiratiõis stupore perculsa quo declinet: quid teneat: quo se uertat: ignorat. si hoĩem putat: deuicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. propter quod cum omni metu & reuerentia contemplan/dum est: ut in uno eodemq̃ ita utriusq̃ naturę ueritas demonstretur: ut neq̃ aliud indignũ & indecens de diuina illa et ineffabili substantia sentiatur. neq̃ rursum quę hu/manitus gesta sunt: falsis illusa imaginibus ęstimentur.

Sancti Cyrilli Episcopi.

Homo natus ē: cum sit natura deus dei pr̄is uerbum: quoniam similiter ut nos sanguini communicauit et carni. Sic eĩm in terris apparuit: non amittens quod erat: sed assumens hũanitatis naturā in sua ratione perfectam.

Eiusdem in libro qui dicitur Scholastica.

VNus igitur est et ante incarnationem deus uerus: et qui in humanitate mansit: id quod erat: et est. et erit. non discernendo igitur unum dominum Iesum Christum in hominem seorsum et deum. sed unum eundemq; Iesum Christũ esse dicimus non ignorantes differentias naturarũ, sed eas confusas inter sese seruantes.

Item eiusdem: cuius supra.

INtelligitur tanq̃m aliud ĩ alio habitare: id est diuinam naturam in humanitate: non perpessam commixtionem aut commutationem: ut esset quod nõ erat. quicquid enim in alio habitare dicitur: non ipsum fuit tale quale est: id quod habitat. sed aliud ĩ alio magis intelligitur. At uero in uerbi natura & hũanitatis solam nobis differentiam desig/nat diuersitas naturarum. unus enim ex utroq; intelligitur Christus. ergo in confessionem ut ante dixeram inhabitasse uerbum ait in nobis. Scit enim unũ esse filium unigenitum carnem factum et hominem.

Item cuius supra ad Nestorium.

SIt igitur magna et sancta synodus ipsum qui est ex deo patre naturaliter natus filium unigenitum deum uerum de deo uero. lumẽ de lumine. per quem & cum quo omnia fecerit pariter. hunc descendisse. incarnatum esse. et hominem factum dei uerbum. Non eĩm dicimus q; dei natura conuersa uel mutata facta sit caro: nec q; in totum hominẽ qui est ex anima & in corpore transformata sit: sed illud magis q; carnem aĩatam aĩa rationali sibi copulauerit uerbum substantialiter ineffabiliter irreprehensibiliter: ut factus sit homo: et nuncupatus sit etiã filius hominis: non nuda tantummodo uoluntate sed nec assumptiõe sola per/sonę. sed quod diuersę quidem naturę in unũ couenerint. unus tamen ex ãbabus Christus & filius: non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem: sed quia simul nobis effecerĩt unum dominum et Christum & filium

id est diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilēq; copulationem ad unitatem. Itaq; is q ante oīa secula natus est ex patre: etiā ex muliere carnaliter dicitur procreatus. non quia diuina ipsius natura de sacra uirgīe sumpsit exordium: Nec quod ꝓpter seipsam opus habuerit secundo nasci: post illam natiuitatē quam habebat ex patre. Est .n. ineptum hoc & stultum dicere: ꝙ is qui ante omnia secula est sempiternus patri secundę generationis eguerit ut esse inciperet. sed quia propter nos et propter nostrā salutem naturam sibi copulauit humanam: et processit ex muliere idcirco natus esse carnaliter. Neq; enim primum natus est homo communis ex scā uirgine: et tūc demum inhabitauit in eo uerbum: sed in ipsa uulua utroq; uirginali secum carne coniunxit & sustinuit generatiōem carnalem: carnis suę natiuitatem suam faciens. Sic illum dicimus et passum esse et resurrexisse: non quia deus uerbum in sua natura passus sit: aut clauorꝝ transfixiones aut alia sustinuerit uulnera: deus nanq; incorporabilis extra passionem est. Sed quia corpus illud qd ipsius ꝓpriū fcm est: passum est: ideo hęc oīa pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim ī eo corpore quod patiebatur: deus qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus. immortale enim & incorruptibile est naturaliter et uita & uiuificans deus uerbum. Sed qa corpus ipsius ꝓprium gr̄a dei iuxta Pauli uocem ꝓ omnibus mortem gustauit: idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. non quod ipse mortē esset expertus: quantum ad ipsius naturam pertinet. Insania est enim hoc uel sentire uel dicere. sed ut quod supra diximus: uera caro ipsius mortē gustauit: ita & resurgente carne ipsius rursus resurrectiōnē dicimus. Non qa incorruptionē ceciderat: quod absit: sed quia eius corpus resurrexit. Ita Christum et deum unum confitemur: non tanq̄m hominem cum deo coadunantes ne diuisionis quędam species inducatur. Sed unum iam & eundem adorantes: qa nō est alienum a uerbo corpus suum cum quo ipse etiā assidet patri. Nec hoc ita

dicimus quasi duobus filiis assidētibus sed uno cum carne per unitatem: quia si talem copulationem factam per sub/stantiam: aut quasi parum decoram uoluerimus accipere: in id incidimus: ut duos filios esse dicamus. Necesse ē eim discernere & dicere hominem separatim fuisse sola filii ap/pellatione honoratum: & rursum uerbum quod est ex deo et nomie & ueritate filiū dei. Sed discernere in duos filios dei non debemus unum dominum Iesum Christum. neq; id adiuuat rectam fidei rationem. licet non nulli copulatiōem nescioquam perhibeant ptculrū. non dixit enim scriptura uerbum dei personam sibi hominis assumpsisse: sed carnem factum esse. id autem est ostendere dei uerbum similiter ac nos participem habuisse carnis & sanguinis. & corpus nr̄m proprie suum fecisse. & hominem ex muliere pcessisse: non abiecta non deposita deitate aut generatiōe illa quam ha/bebat ex prē. sed mansisse. etiam in assumptione carnaliter deum quod erat: hoc ubiq; recte fidei ratio protestatur. in tali sensu prēs sanctos fuisse cōpimus. ideo illi nō dubita/uerunt: sanctam uirginem dicer̄ theotocon. non qđ uerbi natura deitasq; de sancta uirgīe sumpsit exordiū: sed q̄ ex ea natum sit: sacrum illud corpus animatum aīma rōnabili cui substantialiter adunatum dei uerbum carnaliter natum esse dicitur. //

Esta Impresion debe ser estimada por su Antigüedad: pues aunque la primera hoja que falta nos priva tal vez de la noticia individual que por ella pudieramos adquirir en orden del tiempo fixo de su edicion, sin embargo, la Epistola dedicatoria de Juan Andres [redacted] Obispo de Aleria en Corcega à Paulo II. hace ver que la Impresion es anterior al Año de 1471. en que este Pontifice murio à 25. de Julio. Las Pinturas aunque casi del todo estan borradas por haver estado el libro, segun parece, en parte demasiado humedo, y donde se haya mojado, con todo, dan bien à entender la citada Antigüedad. En la Impresion otras Antiguas, segun esto, que hay en esta Bibliotheca; porque

Lo dice el P. Fran.co Ulazon, ó Ulaizones sobre lo, libro cielos Pentencia del Ulto., aunque tiene muchas pinturas. y señales de Antiguedad, advierte expressamente al fin haverse hecho la impression p.r el M.o Miguel Ulazulo de Parma en el Año de 1476. (aunq.e al principio no se dice cosa alguna) ///. Estas dos, son las mas Antiguas impresiones q.e se hallan en n.tra Biblio-theca, fuera de los Manuscritos. /// ... cinio ... en 1517. D.r Araujo

Bien se que de otras ediciones posteriores de las Obras de S.n. Leon se añade tambien al principio esta misma Epistola de ... juntamente aconsu del Editor (como en la de Pedro Canisio en Colon.a y por Melchor Novesiani año 1546.) Pero sin embargo esta edicion tiene señales de ser la primera que se dedicó immediatamente á Paulo 2. Juan Andreas; pues solo su dedicatoria se halla, y las pinturas lo dan a entender &c. sin embargo no puede esto transcender los limites de conjetura.

La ulterior conjetura ... fundada, por que, ... ... dedicatoria al S. P. Paulo II ... el libro y la impresion ... despues, siendo

la obra. La impresion es sin embargo de mucha antigüedad, segun el caracter de la letra, la clase de papel, la forma de la edicion y todas las demás circunstancias materiales. Hain en su *Repertorium bibliographicum*, tomo 3º, pagina 253, columna 2ª hace una descripcion de este libro, y dice que fue impreso en Roma, por Juan Felipe de Lignamine, año de 1470 y tiene 158 hojas de 36 lineas la plana. De la misma opinion es el autor del "*Catalogus historico-criticus romanarum editionum saeculi XV*, pagina 47, en donde dice que esta edicion debe ser del mismo año que la de Conrado y Arnoldo, que es del 1470.

Cristino Camacho